Quid enim Platone ipso illustrius? potuit tamen (inquis) Platonis illa argumenta in pauca conferre. Potuit, sed non tã decuit, pręcepta enim hoc libello tradit, & quasi leges promulgat: nõ cõtentionibus pugnat. Su⁹ cuiq; professioni finitus est terminus, vltra si progrediare, ex iure manu confertum in iudicium sis vocandus. Vides vt Mathematici demonstrationũ suarum principia non probent: sed earũ patrociniũ ei quem primũ philosophũ dicimus, cõmendent. Ad eum enim illa pertinent, quę vniuersalia nũcupantur. Punctũ, inquit Euclides, id est cuius pars nulla est. negato id, obmutescet Mathematicus. Sed adest periclitanti philosophus, quid ille tandem? Qd̃ rem inquit quampiã finit, id eo qd̃ a se finitur vno interuallo minus est. Extorserit id, iam perget. Tria corpus interualla habet. Id a superficie clauditur, cui duo tm̃ adsint, lõgitudo, & latitudo, profunditatem em̃ minime illa quidẽ nacta est, ea videlicet vna a corpore deficit. Superficies autẽ, q̃ duo interualla habeat, linea terminatur: cui vnũ tm̃ interuallum adsit, quę longitudo sit: linea postremo a puncto finitur: qd̃ omni proculdubio carebit interuallo: quoniã id verissimũ est, qd̃ dictũ sit, omnẽ terminũ vno interuallo ab eo qd̃ terminetur deficere. Ergo & Epictetus hunc ita libellũ orditur, vt qd̃ a Platone probatũ sit: pro concesso accipiat: eq; eo omnem p̃ceptorum seriem interexat. Igitur vt apud Homerum Aiacis se clypeo Teucer defendit: ita & Stoicus hic noster sub Platonis rationibus, quasi sub clypeo audacter pugnat. Non ergo limites, quib⁹ se circũscripserat, trãsgredi decreuit, ne (qd̃ aiunt) extra chorũ saltare cogeretur. Hæc quæ pro Epicteto dicerẽ in p̃sentia succurrerunt, eaq; plura nimiũ fuisse intelligo, q̃ epistolę ratio postularet. Nõ plura tamẽ, neq; pluribus (vt arbitror) explicata, q̃ oportuerit. Quę si accipis mi Scala, coeant iã in fœdera dextrę sin respuis, age iam qualem oppugnatorẽ p̃bueris, talem te Epicteto propugnatorẽ præsta. Atqui eum quidem, & fuisse magnũ virũ omnes tradũt, & mihi centies repetitus perpetuo placet. Verẽdum tamẽ est, ne meus mihi labor, tanq̃ scitus filiolus subblãdiatur: idq; vel auctori ipsi apud me gratiã cõciliet. Tibi vero q̃ me ad hanc veluti pugnã prouocaris, gratiã habeo, pertinet em̃, id qd̃ & Aristoteles ait, ad ingenii profectũ: contentiosa disceptatio. Vt iam diuine Homerus pugnam ipsam, q̃ homines reddat illustris, πυξιάρειραν vocet: nec minus egregie noster ignobile ociũ dixerit. Quare vt me sępe vel irrites, etiã atq; etiã te rogo. Est em̃ mi Scala reluctãdũ his tẽporũ turbinibus literarũ & philosophię studiis, vt iã nos ipsos nobis quãtũ liceat asseramus. Tua vero opera, quã tu quidẽ liberalissime, vt soles, pollicere, non minus fidenter, cũ vsus venerit vtar, atq; ad hãc diẽ sum vsus. Vale. Kal. Sextilibus. M.CCCCLXXIX. Fesulis.

Alexandri Aphrodisei, super nonnullis Physicis dubitationibus Solutionum Liber ab Angelo Politiano in latinum conuersus.

PROBLEMATVM, Alia suapte natura credibilia sunt, & nota, omnisq; ambiguitatis & quæstionis expertia. Quis enim quæso mentis compos dubitet: cur volatilibus pennas natura sit elargita? Quiuis enim prudens dixerit fomenti gratia, quasi vestimentis primo circundata, tum ob speciem: quemadmodum gressilibus quoq; animantibus dati sunt villi: serpentibus cortices, squammæ aquatilibus, aut testæ, velut iis quæ testacea nuncupantur. Cur præterea aliis quidem cornua, aliis autem aculeos, aliis acutos vnguis, aut rostra, aut eiuscemodi quippiam tribuerit? hæc enim omnia velut agnatis quibusdam hastilibus: quo sese ipsa ab iniuria tuerentur, armauit. Cumq; omnes natura fructus, omniaq; semina: tum ad generandum: tum ad genus excipiendum fabricata foret, corticibus ea, aut corporibus quibusdam mollibus: aut lignum: aut cutem imitantibus communiuit: & quasi intra scriniolum occuluit: vt rigoris, aut caloris, aut animantium etiam quorundam iniuriam deuitarent. In plerisq; autem, ne ipsum quidem inuolucrum reliquit inutile, sed idoneum cibatui parauit. Plantas vero ipsas frondibus, cortice, cæterisq; similibus pinnarum, villorumq; vicem conuestiuit, vt quas præuiderat immodico frigore aut æstu offendi posse, labefactari. quin & earum quasdam, etiam spinis quasi spiculis armauit, quibus animantium iniuriam propulsarent. Florumq; varietate, partim ad speciem atq; ornatum coronauit: partim vti vice pręconum instantem fructuum paritudinem præmonstrarent. Igitur qui nota hęc dilucidaq; sibi postulãt explicari: sunt proculdubio mente capti. Qui autem ambigũt, an sit igni insitus calor: ii tãgendi nõ habẽt sensum, qui dubitant vtrũ natura, ac prouida ratio cõsulat iis rebus

quæ oriuntur,& occidunt,quiq; ordinem,motum,positum,ductum,colores,cæteraq; his similia non credunt,supplicio digni sunt.Hæc itaq; suapte natura nota sunt. Alia rursus inexplicabilia penitus,soli cognita deo,scilicet illorum essentiæ auctori.Nam & artifex,qui sit opus aliquod solertius machinatus,omnis illius actuũ tenet causas. Qui vero eius opis sit imperitus,causas quoq; ipsas penitus ignorat.Inexplicabiles autem quæstiones huiuscemodi sunt: cur quibus alæ, aut plantæ,aut latera titillantur,rident:curve nonnullis,cum marmora atteruntur, aut secantur,cũ stridet ferrum,aut limatur:ipso confestim auditu dentes obtorpescunt:Cur dentium stuporem, qui e frigidis pomis proueniat:portulaca tamen,quæ & ipsa frigida est,sanat.Neq; sunt contrariorum contraria medicamenta:sed similia.Aut cur Magnetis lapis ferrum tantũ attrahit:deq; eius scobe viuificatur:Succinum vero tantũ folia arida ac festucas aggregat,eisq; agglutinatur.Et leo solum gallinaceum pauet. Villaris autem gallina edito ouo,festucis vndequaq; corpus purificat. Coturnices veratro,qd toxicũ homini,vescuntur.Sturni cicuta.Ascamonia flauam bilem trahit. Colocyntha vero,& Agaricũ, & albũ Veratrum,Epholbionq;,& Coccus Cnidius pituitã.Nigrũ autem Veratrũ,& Epithymũ,nigram bilem.Quibusdã vero sedatur venter iis quæ perpurgant contra vero iis quę sedant perpurgatur.Tum alio alius cibatu magis delectatur, eũq; facilius cõcoquit. Quis autẽ ignorat marinam torpedinẽ: vel per ipsam lineã torporem in corpus adigere! Mulum autẽ si manu cõtineatur,contra torpedinẽ valere! Infinita deniq; huiuscemodi enumerare possim,quæ sola experientia cognoscuntur.Quapropter & a medicis proprietates arcanę appellantur.Qd enim de horũ proprietate afferrur,arcanũ propemodũ est ad causam afferendã.Praue enim quidã solutiones horum proponunt ꝗplurimas,quæ inutiles penitus, improbabilesq; sunt. Dicunt enim purgatoria quæ calidissima sunt,humores trahere: quod proculdubio falsum est. Oporteret enĩ quodcunq; esset calidũ,idem & purgatoriũ esse.Nunc aurẽ piper, cũ sit calidũ:non trahit,sed concoquit solidatq;.Eodẽq; modo & Mastiche,& Aloe.Dicimus itaq; nõ reciprocari sermonem.Nam si quocũq; aluus ducatur,id habitũ quidem calidũ:vim autẽ vacuefaciendi habet: non continuo tamen, quicquid est calidum,vim quoq; habet ducendę alui.Dicũt aũt & Strutho chamelum ferrum concoquere:non proprietate quidem aliqua:sed caliditate, quod profecto absurdum. Leo nanq; qui hoc animanti calidior est:ferrum tamen non concoquit.Neq; vero apud medicos tm̃ proprietates quædam sunt:sed apud philosophos item ac grammaticos,vt ea quę pathe,hoc est affectus appellantur,vsibus adnotata. Quocirca de iis dũtaxat quęrendũ,quæ mediũ quendam locũ obtinent:neq; ad cognoscendũ ancipitia sunt:& sub explicationem cadere possunt. Quæ em̃ falsa dicunt,ea sunt omnib⁹ nota,quæ veritatem præ se ferunt,horum nota sunt alia & conspicua:alia obscura & inexplicabilia:partim vero medię cuiusdam sunt naturæ:quorum nunc expositionem aggredimur.Omne autem problema:aut ex habitu ipso soluendum,aut ex coagmẽtatione,aut ex actione,aut e consensu erga aliquod simile,aut e colore,aut per sensus deceptionẽ, aut per nominis participatum,aut qua eius rei vires magis minusve agant,aut qua durius quicq; rariusve fit,aut maius,aut minus,aut a tempore,& ætate,& consuetudine, aut essentiæ ratione, aut ex accidenti,aut similium rerũ conditione.qualia quæ in problematis dicũtur.Inuenies igitur si has tibi pręponas formulas:quacũq; de re ambigatur,vocare in disputationem possis.Quoniam vero haud iis tantũmodo acquiescendum est,quæ ad vniuersum ferũtur:sed tãq̃ manu ducẽdus, qui eruditur,age iam solutiones ipsas aggrediamur. I.

Torpedo.

Cur Homerus homines a canitie temporum πολιοκροτάφους appellauit! Quoniam plurimum inde cani incipiunt: quia priora capitis, humiditatis, pituitatisq; plus habent, q̃ posteriora. II.

Cur tantum priora capitis caluescunt!Quia mollia,laxaq; sunt.Quum igitur capillus ob naturalem siccitatem careat alimento,facile iis partibus defluit:haud enim facile hæret:velut in occipitio: quippe qd & siccius sit,& conspissatius. III.

Caluitium autem a siccitate ortũ habet. hinc fit:vt qui crispo sunt capillo,q; siccius caput habeant,citius caluescant,serius canescant,siccitate consumente excrementa pituitatis.Sunt & vigiles præter cæteros.Somnus em̃ ex humiditate oritur. Argumento sunt infantes humidi pariter somniculosi atq; excrementosi.Et humidi affectus,& ebriosi,& qui crebrius lauantur.Minus quoq; excernũt per meatus,vt per nares,per os,per oculos.Qui vero molliore sunt capillo, vt quibus est humidum caput,eis contra euenit.Rarius enim aut nunq̃ caluescunt.Sed & vitio generis caluitium accidit,vt & podagra,& alii quidam affectus cognatione generis excipiũtur. Citius autẽ canescunt,somnolentiq; sunt, atq; excrementosi. Cani aũt albi,imitantur enim pituitæ colorem:

vnde ipsi ortum habent. Sunt interdũ ppemodũ aureoli, cũ vitellina bilis pituitę sit immixta. IIII.

Cur senes excrementosi, & vigiles? Excrementosi quidem sunt: quoniam ætate frigidiores, imbecillioresq; cum sint, minus concoquũt, multaq; per meatus excrementa contrahunt. Cum vero solidis ipsis corporibus sicci sint: vigiles quoq; ob id ipsum sunt. Infantes enim & foraminũ cõtextu, & solidis ipsis corporibus humidi sunt. V.

Cur pueri qui & humidi natura sunt, & excrementosi: canos tamen minime producunt? Quoniam humidi calidiq; sunt. Pituita autem humida est ac frigida. sinciput quoq; habent quasi cuteum, & rarum, quo superflua excernantur. Id ætate durescit, fitq; osseum, ac densescit: Vnde & futuras ei natura postmodum tribuit: per quas superuacui vapores efflarentur. Solutio ex habitu & coagmentatione corporis. VI.

Cur fœminæ ac Spadones ocyus canescunt? Fœminæ quidem, q; & natura sunt frigidæ, & minus exercẽtur, pluraq; ob id excrementa cõtrahũt, ac tum pcipue, cũ earũ iam menses quieuerint. Spadones vero, q; semen iam non edunt: sed excrementũ, quo semen gigni debuit, per vniuersum corpus, vna cum sanguine diffundunt. Id autem pituitatis naturam habet. VII.

Sed cur pilis carent? Fœminæ quidem, quia frigidæ sunt, densosq; habent corporis meatus. Frigus enim condensat. hinc fit, vt qua pili erumpant, via nulla sit. Spadones autem, quia & humidi sunt, & supra modum excremẽtosi. Hac enim ratione fit, ne locis humidioribus herbæ pullulent: neq; item siccis, & lapidosis, vt quæ caluitium imitentur. VIII.

Cur Spadonibus, vt plurimũ, pedes distorquentur? Quoniam ob eam, de qua diximus, superuacaneam humiditatẽ, partes corporis vuidas, mollesq; habent, atq; ob id imbecilles. quapropter cũ totius corporis onus crura non ferant, torquentur. vt si pondus harũdini iniicias flectatur. Nam quod durum siccumq; est, idem & validum est, & actioni renititur. qd autem humidum, ac molle id actioni resistere nequit. Est enim imbecillum. Argumento sunt & ligna, & coria, & vimina, atq; item homines. Balneis enim & poculis debilitantur: victus norma modice desiccãtur, validioresq; ad agendum euadunt. Quo efficitur vt Spadones muliebres quodãmodo sint, atq; imbecilli, similiterq; vinolenti, vt quibus pituitatis plurimum insit. Nam cum frigidi sint, contrarium inducere affectant. Vinũ autem suapte natura calidum est. Aethiopes vero vtpote naturæ siccioris, capillo sunt crispo, macilenti, musculosi, validi ad opus. IX.

Sed cur voce acuta sunt? Rursus em humiditatis copia implẽs asperã arteriã, eã coarctat: hinc spiritus p angustũ means, vocis acuitatẽ efficit p latũ, vt in viris granditatẽ. Argumento esse possunt foramina tibiarum. Abundare aũt illos humiditate manifestũ est, q leues sunt, qq; iis in muliebrẽ modũ mammæ increscũt, palpebrasq; habẽt turgidiores, suntq; tenui capillo, & incano. X.

Cur nonnulli Spadones rem veneream modo aliquo affectant, atq; interdũ amant? Quia multis circa pubertatem exeti testes, confractiue fuerant, suntq; veluti imperfecti Spadones. quidam vero calidiori sunt iecore, ac seminalia vasa magna habent. Imaginantur itaq; vsum. quod vero cupiunt, minime peragunt. Verenda enim ipsa marcent. Nam qui ea inflat spiritus, perpetuo defecit. Is a semine ortus, per seminales meatus, iis de partibus ferebatur, quę circa lumbos sunt. At in pueris seminales meatus occæcati. XI.

Quare cum tres humores simplices, vniformesq; sint, non tamen tres vniformes ægritudines, simplicesq; progenerant, sed plures? Duplices enim in vnoquoq; accidunt, perpetuę scilicet, & intercisę. Quia non ex ipsis tantũ humoribus morborum differentiæ proueniunt, sed & a locis. Calidus enim & tenuis humor, acutam, breuem, atq; ardentem gignit febrim. Frigidus autẽ, & crassus obtusam, & longam. Sic & lignorum quæ quidem sunt calida, & aridissima, veluti tedæ, & lauri, ingentem excitant flammam, citiusq; exuruntur. viridia vero, & humida humilem & fumidũ ignem edunt, seriusq; exuruntur. Rursus si locus quidem ipse spatiosus sit, atq; amplus, citius, ac maxime accendit humorem: quoniam cum simul sit coaceruatus, vna omnis penitus putrefactus accenditur. Si vero tenuis sit, & angustus, cum vniuersum minime capiat humorem, sed particulatim, quia non simul omnis sit, putrescat, febrim quidem exilem excitabit, sed quæ diutius ardeat. Admisce igitur humoris naturam, ac locum, omnemq; earum febrium differentiam inuenies, quæ ex humorum putrefactione proueniant. Si enim in magnis conceptaculis, vt in venis puta, & in arteriis flaua bilis putrescat, cum calida sit, ardentissimam, acutam, & breuem accendet febrim, qualis est, qui Ardor appellatur. At si i paruis venis & arteriis, quę circa cutẽ sunt, putrescat pituita frigida, languidã & diuturnã efficiet febrim, vt quã cottidianam dicũt. Pręterea extrema quoq; ipsa pmutant. Q; si i paruis cõceptaculis flaua putruerit bilis, febrim faciet minorẽ,

breuemq;,ſed lõgiorẽ tñ aliquãto q̃ eſt ardor,vt tertianã,aut ſimpliciter acutam.At ſi i magnis cõ ceptaculis pituita putruerit,breuiorem aliquanto faciet,q̃ eſt cottidiana.Similiter & nigra bilis, ſi in magnis putreſcat venis,quoniam vno tempore vniuerſa quodammodo exuritur,breuem faciet febrim per quartos:ſi autem in paruis,diuturniorem quartanam.Concurrunt enim frigidus humor,& craſſus,& alterationi minime idoneus,atq; anguſtus locus,qui vniuerſam ſimul bilem exuri,conſumiq; non ſinit. XII.

Cur nonnullis,vbi pudore afficiuntur,ſudant alę? Quia maxime raris ſunt meatib⁹.Natura autem auocans ab eo ſeſe,quod ſit honore,aut reuerentia dignum,modice vna cum ſanguine maximas in venas arteriaſq; fugit,eæq; repletæ deſtillant.At gaudentibus euenit,quoniam remittit, rareſcitq; corpus,maxime vero alæ. XIII.

Cur timẽtes pallẽt? Quoniã natura noſtra,eaq; vis,cui corp⁹ eſt curę,nihil ab externis pati vult Atq; vt nos intra domos confugimus:ita & ipſa ſecuritatis ſaragens,in corporis intima:quoad ei⁹ fieri poteſt,ſe coniicit.Atqui & ſanguinẽ,quem pro cibo vehiculoq; habet,eũ,ſ.q optimus ſit,ſecũ trahit.Is aũt eſt ſanguis,qui roſeo cutem,purpureoq; colore inficit. XIIII.

Sed cur eidem tremunt? Quoniam animalis virtus conſenſu naturæ neruos deſtituit,quos prius ſeruabat,ii vero corporis partes tremoris expertes ferunt.Hinc fit,vt & venter iis ſoluatur, & mingant de improuiſo.Nam q muſculi excrementorũ meatus obſtruunt,nũc imbecilles facti,ſupuacanea remittunt. XV.

Cur quos pudet rubent? Quia natura ſua ſponte,conſcientia quadam qd̃ honore ſit dignum reuerita,quaſi nobilis puella,modice ſeſe,in corporis intima cõtrahit.Mouet aũt vna ſecũ ſanguis ac fundit.Vnde etiã cutis ſanguinis colore inficitur.Alii ſanguinẽ a natura obtẽdi,quaſi velamen dicunt.Quẽadmodũ & nos a natura velut admoniti manum faciei ꝓtendimus. XVI.

Cur nonnulli metu extincti? Quoniam fugiens ſupra modum naturalis virtus,ſeq; in corpus intimũ vna cũ ſanguine recipiẽs,inſitũ,viuificũq; calorẽ eũ q ꝓpter cor gignit,cõfeſtim ſuffocat,atq; extinguit,quare & corruptionem inducit.hac em̃ ipſa rõne & oleum, cũ plurimũ, ac ſubito in lucernæ flammam inditur,eam extinguit:habet aũt ſanguis,qui eſt in corde,proportionem ad lucernæ flammam.Quoſdã & immodic⁹ dolor rõne eadem exanimauit.Reſoluitur enim inſiti caloris internus motus,vt operculo obtectus ignis extinguitur. XVII.

Cur multi vinolẽtia exanimati? Quia rurſum vini copia naturalem viuificamq; virtutẽ calidita te ſuffocat.Præcipue vero hoc iis accidit,qui inſitũ calorẽ exiguũ,atq; imbecillũ poſſident. Qd̃ em̃ & plurimũ eſt,& validũ,reniti magis poteſt,ſpatioq; tẽporis copiam coquit,quẽadmodũ & flãmæ copia maiorem quoq; olei infuſionem tolerat. XVIII.

Cur ſenes tremunt? Quia rurſum naturalium virtutum nerui,ac particularum muſculi cũ ſufficientẽ motiuã virtutẽ minime capiãt, haudquaq̃ pariter ad tolerandũ corporis on⁹ annituntur. Fit aũt tremor,qm̃ corporis pondus ꝓticulã deorſum trahit: aĩalis aũt virtus ſurſum. hoc cũ & fiat ſucceſſione,& cõtinẽter,tremorẽ ciet.hinc etiã cernui ingrediunt,atq; ad humũ vergũt,quorſum eos natura detrudit.hinc & bacillorũ adminiculo pro tigillis ſuſtentantur,obq; hãc ipſam virtutum imbecillitatem ſtercus de improuiſo,vrinamq; deiiciunt. XVIIII.

Cur piper & ſinapi integra ſi deuores vẽtrẽ minime excalfaciunt,ſi trita excalfaciunt? Quia q̃ virtute tantũ,non aũt & actu ſuas habent qualitates,aliquo extrinſecus indigent adiumẽto,vt virtutem in actum producant.Ipſa igitur tritura attenuata,atq; in intimũ corpus per meatus penetrantia,tum a ſua inſita caliditate commota,agunt hoc pacto.Eadẽq; rõ eſt & cæterarũ qualitatũ. Sunt aũt ex iis,q̃ ꝑ qualitatẽ agunt,nõnulla,q̃ actu ipſo qualitatem habent,vt aqua potabilis,ptiſana,lac.Humida em̃ & frigida ſunt,neq; vllo extrinſecus indigent miniſterio ad refrigerãdũ,atq; humectandum:Sed ſtatim,ꝓpereq; agũt.Similiter & ſal,& terra,& eiuſmodi. ſiccæ enim ſunt naturæ & virtute,& aſpectu,& actu.Mare em̃,& ſalſugo,& viua aqua humida ſunt,& imaginatione, & aſpectu,ſicca autẽ & virtute,& actu.Lini vero ſemen,& panis,ſicca imaginatione,& aſpectu,humida vero ſunt virtute & actu. XX.

Cur nonnulli noctu nihil vident,die vident? Quoniam videndi ſpiritum craſſiorem habent:neq; qui aera pertranſire vſq; ad viſibile poſſit,noctu vero craſſeſcit,quoniam ſolis abſentia refrigeratur.Vel (vt alii dicunt)quoniam interdiu a tenui:calidoq; aere attenuatur,noctu vero denſat In fele aũt: & hyæna:& noctua contra accidit.Interdiu em̃ nihil cernunt: noctu exacte cernunt. Habent enim videndi virtutem tenuiſſimam:maximeq; ꝑſpicuã:q̃ cũ noctu modice craſſeſcat,ſuſcipiẽdo obiectui idonea fit:interdiu autem:atq; in claro lumine vehementer attenuata reſoluitur

atq; dispergitur. Vnde & leones, qui eiusmodi fere sunt: per solem ingredi nequeunt: et ignem interdiu cernentes fugiunt. Est & eorũ videre pupulam vehementer splendidam, habentq; humida oculorum maxime perspicua. XXI.

Cur repẽtinum, vehemensq; gaudium nonnunq̃ exanimat? Quia vitalis virtus, & insitus calor cum immodice extrinsecus fertur, egeritur, atq; resoluitur: vnde & sudãt, & rubent, qm̃ sanguis adest. Insitus em̃ calor, atq; ipse ignis, tũ caliditate, tumq; loco suo demigrat, sursum versus mouetur, rursum vero pabuli appetitu deorsum. Vtrolibet autem horum motuum pereunte, ipse corrumpitur. XXII.

Cur dolentes, & amantes, & irascentes suspirant admodum, & frequenter? Quoniam dolentium anima ad ipsam doloris causam conuersa est, cupientium ad id qd̃ cupiunt, irascentium ad id qd̃ iram iis concitat. Igitur intenta anima ad id quo mouetur, negligit, & quodammodo obliuiscitur motiuam pectoris musculis virtutẽ præbere. Cor itaq; ipm̃, neq; pectoris dilatatione aerẽ accipiẽs ideoq; neq; perflatũ, atq; refrigeratum, neq; item contractione excernens singultifica excrementa, q̃ de sanguinis exustione gignuntur, dum suffocationem metuit, animam cogit, atq; admonet, vt q̃ plurimum musculis motum p̃beat, maioremq; inspirationem, atq; expirationem efficiat, vt maiorẽ quoq; vim frigidi aeris accipiat, maioremq; vim excrementorum effutiat, vt qd̃ exiguæ crebræq; respirationes facturæ fuerant: idẽ maior vna efficiat. Vnde & græcum nomen suspirio ex angustia pectoris prisci dederunt. Suspirant aũt diutius, & frequenter, qm̃ in id semp̃ quo mouetur conuersa est. Natura aũt cogit eam, vt aliqñ plus motiuæ virtutis musculis pectoris per cor immittat. qd̃ autem in pectore respiratio, idem in corpore perspiratio est, quæ per arterias fit. Similis autem est inspirationi dilatatio: expirationi autem contractio. sub pulsus vero nomine, dilatatio, contractio q; comprehenditur. XXIII.

Cur isicium difficile concoquitur? Quoniam leuitate sua humido pabulo intra aluum innatat, idq; per mediã, neq; sese ad eius corpus applicat, qua applicatione concoctio fit. Tum circa gulam redundat, cuius officium appetitus est, non coctio. Extra vero corpus, si in aquam indatur, innatat neq; demergitur, quia dum carnes interuntur: leuẽ cõcipit spiritũ, corpus in altum expuit, humidisq; innare cogit. hinc & lẽtus est: qm̃ spiritus est particeps. XXIIII.

Cur anteq̃ balneum ingrediamur, calidũ mingimus, cum diutius in balneo supsedimus frigidũ? Fit hoc nimirũ, quasi ad alterius cuiuspiã comparationẽ. Emissa em̃ vrina tepidæ qualitatis est, ac modice calida. Extra igitur balneum, qm̃ frigidum est corpus nostrum, q̃ vrina emissa est, velut ad corporis cõparationẽ, calida est. In calido aũt, qm̃ multo magis corpus q̃ vrina calefit, frigida vrina videtur, q̃uis aliquo modo calida sit: verũq; id esse vel ex eo apparet. Ei em̃ qui balneum ingreditur vt calfiat, si calidũ soliũ ingredit, q̃ calida est aqua, admodũ feruida videt: si aũt iam excalfactꝰ ingrediatur, non itidem ei feruida videtur. XXV.

Cur loca maritima fodientes, dulcẽ aquam inuenimus? Nimirum qm̃ in mari, q̃ tenuior fit aqua dulcis est, q̃ crassior salsa. tenuis igitur aqua per terræ meatꝰ influẽs, ĩ ipsa occulit terra, quã deide fodientes inuenimus. Dulcis est aũt, qm̃ per brumã in aera attollit. Crassa vero aqua exiccata emũdataq; fit sal. At in littoribus, q̃ meatus laxioris habeant, salsa inuenit aqua. Excolatur em̃ eo etiã crassior maris aqua. XXVI.

Cur putealis aqua p brumã calida, p estatẽ frigida est? Quoniã qcq; semp̃ cõtrariũ vt inimicũ fugit. Frigidũ vero, & cõtrariũ calido esse, & ipm̃ corrũpere, manifesto apparet. Igit qm̃ calor p estatẽ aera occuparit: fugit frigus in intimã terrã, atq; ob id aquam frigefacit. Per brumã vero, qm̃ frigus in aere plus pollet, rursus calor in intimum defugit, aquamq; excalfacit. Contraria em̃ eodem in loco, ac tempore simul manere, cõtra naturę legem est. XXVII.

Cur breui statura hoies pceris vt plurimũ sunt prudẽtiores? Qm̃ cõstipata, atq; cõpacta illis est aĩa ĩ vniuerso corpore. Proceris vero in lõgitudinẽ distẽta resoluit. Quapropter Homerꝰ Vlyssem breuẽ, ac prudẽtẽ: Aiacem vero procerũ, ac stolidiorem describit. XXVIII.

Cur minus prudẽtes, cum ingrediuntur sese veluti suspendunt? Quia vt inualidus gubernator haud in rectum nauim agit: ita marcidior anima corpus. XXIX.

Cur stolidorum q̃plurimi, prudentes gignunt liberos, ac robustos? Quia stolidiores in coitu voluptati magnopere succũbẽtes aĩam habẽt corpori magnopere immersam. Quo efficit, vt eorum semen, q̃plurimæ virtutis, tum rationalis, tum naturalis particeps, prudẽtiores, q nascant, efficiat. Prudẽtioribus aũt, atq; iis p̃sertim, q sint eruditi, secus oĩno accidit. Prudẽtiæ em̃ vis, aliqd eorum semper, vel in re ipsa veneria reputãs, q̃ sint extrinsecus necessaria, ideoq; suspensior, efficit vt qd̃

ſemen defluit,q̃plurima careat naturali virtute.Hinc ſoluendũ,cur Stolidi,atq; ineruditi liberos gignant corpore robuſtos:Eruditi contra imbecillos. XXX.

Cur ferarum ſtercus haud ita male olet?Quia ficciori,minimeq; ſuperuacaneo vtuntur nutrimẽto,maximeq; exercent.quin & dorcadũ,& aliorũ quorũdam animalium ſtercus,velut aromatũ quodãmõ imitetur odorẽ.Hoꝝ igit ſterc⁹ peſſime oim olet: q; ii & vario,& humido veſcunt nutrimẽto:idq; etiã ſupra ſatiẽ,& intẽpeſtiue,& cũ minime indigent: Tũ min⁹ exercent,minuſq; q̃ cætera animantia caloris habẽt.Quare cũ neq; plane concoquat, neq; ob copiã pfletur,ſed veluti cõmarceat,mali eſt odoris. XXXI.

Cur ſinapi,cæteraq; id genus acria cuti impoſita vlcerãt, deglutita verõ,aluũ iam nõ vlcerãt? Quia prius demutant ea,& concoquunt,q̃ agant.Præterea reſoluit a(credo) nimia corporis humiditate,Itẽ cũ ſupra cutẽ ponunt,tẽporis ad agẽdũ plus habẽt:qm̃ ea cõſpiſſatior eſt.Eſtq; pterea imbecilla.At qd intimũ eſt,& laxioris meatus habet,& validius eſt. XXXII.

Cur q dolent,qq; gaudẽt ridẽtes lachrymãt?Qui qdẽ dolẽt,meatuũ q ſunt ĩ oculis,ſpiſſitudine eoꝝ exprimũt humiditatẽ,q aũt gaudẽt,raritate meatuũ humidũ effundũt. Quibuſdã vero ĩ oculis,iis q anguſtioris meat⁹ habẽt:ĩ neutro lachryma exprimitur. XXXIII.

Cur hordeacea farina,cũ ſit frigida,reſoluit pituitates?ſiqdẽ oẽ frigidũ cõdẽſat, ac reſolutionem impedit.Eqdẽ puto nõ qa refrigeret,ideo reſoluere,ſed qa eiiciat.vim em̃ eiiciẽdi,atq; humores diuidẽdi poſſidet.Sũtq; plurimæ eiuſmodi ſpecies ſibi ipſis cõtraria agẽtes,nõ illę qdẽ prima rõne,& ſeſe ipſis,ac pcipue:ſed ſecũda,& ex accidẽti.vt apiũ,qd qdẽ eſt calidũ , febrim diminuit.Non qua id qdẽ calidũ eſt:ſimile em̃ ſimilia auget:Sed qua ex venis eiicit morbiferos humores, vimq; habet prouocãdæ vrinæ.Itẽq; iris,& hyſopus lateris morbo,q̃ pleuritis dicit,cõferũt. q̃uis em̃ calida ſint tamen eos humores incidũt,q pituitatẽ intra eã mẽbranulã gignũt,qua coſtę ſubcingunt.Et aqua calida circũfuſa rigorẽ ſoluit,qui Tetanus dicitur,quiq; ex lentis,frigidiſq; humoribus generatur Soluit aũt non proprie,ſed ex accidenti per medium aliquod,hoc eſt per inſidentem caliditatem Si igitur ſua ſponte nullius medii interuentu agant,proprie dicuntur,primaq; ratione agere,ſin medii agant interuentu , non autem ſeſe ipſis,ex accidenti tum agere,perq; ſecundam rationem dicuntur. XXXIIII.

Cur mingentibus accidit,vt & flatũ edant?Qm̃ cum veſſica vrinæ plena eſt turget,premitq;,& coarctat directũ ĩteſtinũ.Dũ itaq; exinanit,incluſo inteſtinis ſpiritui,exeũdi occaſionẽ pbet.Quidã vero conſenſum quẽdã harũ inter ſe particularũ eſſe ad deiectionem arbitrantur. XXXV.

Cur q oſcitantem videant,& ipſi oſcitant?Quia natura animãtium,maximeq; ratione carentiũ ſimilitudinũ quẽdã cõſenſum,itẽq; affectuũ habet.Atq; ita fit,vt meiente aſello cęteri item meiãt cum ſint vrina repleti. XXXVI.

Cur lippus,ſanum lippitudine afficit: Sanus vero lippũ haudquaq̃ ſanitate afficit?Quia oculi humecti ſunt & molles,atq; affectibus expoſiti.Tum qa ſanitas ex habitudine modica, vitiũ ex immodica accidit.Qd igit modicum eſt,facilius ab immodico mutatur ac vertitur,q̃ cõtra.Ergo & lippitudo,q̃ immodica q̃dã habitudo eſt,facile ſanitatem vtpote modicam demutat. Fit autẽ mutatio naturali corporum inter ſe conſenſu. XXXVII.

Cur numiſma,& pomum in aqua maiora,q̃ ſint,videri ſolent?Quia affuſa iis aqua,cõcolor fit, aſpectũq; decipit,quaſi maiora ſint.Tali em̃ rõne,& ſol, & luna,& q̃ erraticæ ſtellæ dicunt,cũ iuxta ortus,aut occaſus limitẽ ſpectantur,ampliori corpore vident.Sua em̃ qualitate ,circumfuſum ſibi aerẽ afficiũt. XXXVIII.

Cur triangula,procul cernentibus,rotũda putant,Quia cũ aſpectus pcul angulos videre neq̃at vtpote acutos,eos ignorat,qbus ob aſpectus deceptionẽ ſubductis,rotũda putant.Idẽ in remo accidit,qui ſub aqua perfractus apparet. XXXIX.

Cur ligno procul vapulante,ictum continuo videmus,ſonũ ſeri⁹ exaudim⁹,q̃uis vna cũ ictu, & ſonus fiat?Qm̃ viſum ſubtiliorem auditu,acutioremq; habem⁹.Ictũ igit viſus, vtpote acutior,anticipat.Auditus aũt,vt q craſſior eſt,ſonũ tardius conſequitur.Hac ipſa rõne ſoluẽdũ eſt,q; in nubiũ ĩter ſe cõflictu brumæ tẽpore,vbi ictus orit ei⁹,quẽ tonitrũ dicim⁹,eiuſq; ignitio,quã fulgetrã vocamus,vt in iis q̃ pyrebola,hoc eſt igniuoma dicunt,pri⁹ fulgetrã cernim⁹, atq; ita poſtmodũ tonitrus exaudimus,licet cõflictu ipſo prior tonitrus,poſterior fulgetra,aut vna ſaltẽ ambo oriant. & hic igitur viſus vtpote ſubtilior auditũ puertitur,atq; ita fulgetrã prius videm⁹. Tũ & audit⁹ tonitrũ ſentit:vt q craſſior,atq; ad conſequendum tardior eſt. XL.

Cur fit vt cum nuda facie reliquo amicto corpore ſimus,in maximo tamen frigore reliquum q-

dem corporis rigeamus,faciem minime? Consuetudine. Assueuit enim facies aeri tolerando. maxiē vero nos consuetudo,aduersus omnis affectus communit. XLI.

Cur flaua bilis,q̄ p vniuersum vitæ tēpus ea tunica,q̄ bilis vessica dicit,cōtinet,cuiusq; corpus maxime affectibus expositū est,minime ipsam corrodit: At si vel ad exiguū tēporis, in dētē,cui⁹ est corpus ad patiēdū minime aptum,ingruerit,statim eum exesum reddit? Q m̄ ita est a natura instituitum,vt eo tantū in corpore inhabitet,ideoq; minime ipm lędit. Magnū cm̄ remediū contra dolorem naturæ nomē est. Milleq; alia possim tibi exempla afferre. Decem in matrice menses infans pmanet,nullū pōderis sensū pgnanti pbens: Spūs aūt leuis in eū incidēs,dolorē continuo acutum citat,q & tensionem,& intolerabile efficit pondus. Aspera Arteria vnius est spūs receptaculum. In eā si mica,aut potiuncula deerret,suffocationem aut vehementem efficit tussim. Id nisi natura ipsa p̄ finisset,haudquaq̄ fieri vel ad minimum posset. XLII.

Cur nonnulli cum balneū sitiētes intrāt,absq; siti exeūt: Nōnullis vero cōtra accidit? Siccioresq dem balneo vuescūt,statimq; sedāt. sitis em̄ siccitate puenit. Præsertim si nō penitus a siccitate resoluātur. At qui vuidiores sunt,minimeq; sitibundi,si diutius imorent,sub calido pſertim aere,atq; intra aridam contignationē,resoluta p sudores humiditate,sitibūdi efficiūtur. XLIII.

Cur radicula comesa,alii fœtidū eructant,alii minime? Quoq; qdē alu⁹,ac stomach⁹ supuacaneis malisq; humoribus,iisq; ad pituitatem vergētib⁹,minime exuberat,eorū purus est ructus. At quibus exuberat,fœtidus. Radicula em̄ calida est,humorūq; crassitudinē incidit,atq; attenuat. Ex humoribus autem spiritus excitat,eosq; per ructum effutit. Sic & cœnum quiescens,nihil olet,motū vero,& conturbatum,grauem halitum efflat. Qui vero radiculam ipsam grauis naturæ,ac fœtidæ qualitatis esse autumāt,qm̄ ea cum extra corpus sit,diutiusq; seruetur,grauiter oleat: procul dubio falluntur. oēs em̄ qea vescerentur: grauem ructum edere oporteret. XLIIII.

Cur in maximis rigoribus digiti ac summa corporis nigrescūt,& decidūt? Quoniam extremū frigus abigit,atq; retrudit insitū calorē sub intimū corpus, atq; ita summa corporis liuescunt qdē primo,tū nigrescūt,& quodammō cadauerant. Decidūt aūt,qm̄ natura reliquo intēta corpori agglutinat sibi qd̄ sanū iest,qd̄ vero iā periit,dimittit a sese,atq; extrudit. Sūma aūt pcipue afficiūtur,q; neq; admodū carnosa,& minus calida sunt. Nam & stirpium eæ pręcipue foliorum defluuiū bruma patiunt,q̄ minus calida natura sunt,atq; ob id imbecilliores,atq; rariores. Qui vero dicūt statim a principio insitū calorē a frigore quasi ab aduersario fugientē,in intimum corpus peruadere,tum sese colligentem,& quasi instaurantem,ceu resumptis viribus,in eas rursus particulas, magna repente copia,auxilio accurrere,atq; ita,vel quia repēte,vel quia maxima caloris vi,eodem remigrarit,summa corporis exurere,quia in iis residens magis cōgregetur: ii proculdubio falsum autumant. XLV.

Cur q summa corporis rigētia,igni admouēt vt calfaciāt,vehementer dolēt? Repētina videlicet qualitatis mutatione. Plurimū em̄ frig⁹,i plurimū calorē demutāt. quicqd em̄ imodice,repēteq; fit mala videlicet habitudine,id naturæ cruciatū affert. Quicqd aūt bona habitudine,& modo,& secūdū naturā repēte immutat,id naturā magnopere delectat. cōsistit aūt maxime in habitudinis modo humanū corpus,multoq; magis,q̄ cæterorū aiantium. XLVI.

Cur q pip,aut magnū panē comederūt,singultiunt? Est vero pportio & cū iis q̄ extrīsec⁹,aut in grauāt,aut dolorē incutiūt. Pip em̄ flauaq; bilis pportionē cū spinis habēt,pituita aūt & panis,cū grauissimo lapide. Qui aluū minime excremētosā,sensibilē,calidāq; sūt nacti,ii ocyssime,pipis acrimonia mordicant,stomachū excitāt,ad id quo dolent,excernēdū,ac pſequēdū,atq; ita quē singultū dicimus effutiūt: q vero frigidiorē nacti sunt stomachū,maiorēq; i eo pituitatis vim habēt,minusq; sentiūt,ii tardius singultiūt. Idēq; iis accidit,q magnū repente panē deuorarint. Panis em̄ copia,ac magnitudine degrauantur. Neq; em̄ suas partis cessare natura patitur,vbi qcq̄ adsit,qd̄ se lędat. Pip igit qualitate acri id efficit secūdū pportionē pūgētis intrīsec⁹ bilis. Panis aūt q̄titate pōderis velut & pituitę copia,intrinsecus degrauans,singultum efficit. XLVII.

Cur q in vnguibus affectus existūt,vehemēter cruciāt? Q m̄ nerui,q p digitos tēdunt,peculiaribus excremētis,vngues gignūt,quēadmodū & dētes i gingiuis fiūt. Cū itaq; sensibilis neruoq; virtus i extrema pgredit,inq; iis collecta,veluti i cōuallē pfluēs aqua cōgregat,atq; copiosior existit, pculdubio quo magis affectū sentit,magis etiā cruciatur. XLVIII.

Cur deuorato repēte magno pane,retentio spiritus singultū resoluit? Q m̄ stomach⁹ adiacet asperæ arteriæ. Ea vero stomachum premens, atq; in angustum adurgens, id agit, vt & q in eo cibus cōstipat⁹ sit,exprimatur in vētrē,atq; ita exoneratus singultum sistat. XLIX.

Cur deuorato pane singultientes,vbi quid triste audiũt,non singultiunt?Quoniam in id aiam intendunt,qd̃ tristitiã afferat.quo efficitur,vt mouẽdo pectori,minus sit intenta.Rursum igit̃,cũ nõ erũpat spiritus,verũ copiosior cogatur,singultum sistit,vt & ante didicimus. L.

Cur imagines prope quidem,planos colores,procul autem stantibus, partim concauos,partim deuexos ostendunt?Quoniam videndi vis,in longo interuallo extendit̃,atq; resoluit̃,quo fit vt intima colorũ,exacte planeq; non cernat : sed candidos quidem colores deuexos: nigros autem concauos videat.Candidum em̃,cum sese splẽdido admouit,extrinsecꝰ splẽdescit. Nigrum vero vtpote tenebrosum,intrinsecus. Artiũ vero aliæ materiã trãsformãt,vt cũ statuarius ęneũ equũ,aut boue,aut aliud eiusmodi aial fundens,aut cudẽs hoiem fingit,aut aliud qppiã, mutata scilicet de specie in speciẽ materia æris.Aliæ additione agunt,vt cerę,aut luti fictor.Aliæ dẽptione,vt q sculpẽdo aial fabricant̃.Aliæ coagmentatione & insertione & glutinatione,vt in domo,vt in nauigio ędificando,in tela, in fabrili opere.Aliæ habitudinis alteratione fiunt,& p pfundũ quodãmodo:Quẽadmodũ natura e semine animãtia pcreat.Aliæ habitudinis simul alteratione,& adiectione corporis,quẽadmodũ natura particulas enutriẽdo auget.Aliæ vero,mixtione colorum,& corporum adiectione,vt pictura. LI.

Cur si frigida aqua neruis inimica,calida amica nõ est,immo vero & ipsa ĩimica?Si enim tale qppiam noxiũ,cõtrariũ porro vtile est.Cõtraria em̃ in id ipsum eodẽ mõ agere neq̃unt.Prima igit̃ rõne,ac p se calidũ,qua est calidũ,infestũ neruis simpliciter nõ est, sed qua calidum,& humidum est, qui autem neruos habẽt læsos,eorꝫ nerui,qa plurimum sensus habent,multæ intensionis, multęq; astrictionis indigent.Sũt em̃ suapte natura sicci.Humiditas aũt, vtpote cõtraria,emollit, remittit q; ipsos,ac putrefacit.Calidũ vero ip̃m suapte natura minime noxium esse patet.Calidi em̃ olei vtilis haustus,quia astrictionis quoq; vim continet. LII.

Cur si poma nocent,qm̃ frigida sint,atq; humida:aqua tamen q̃ eiusdem sit habitudinis,minime nocet?Quia subtilior est aqua pomis,citiusq; excernitur,quo fit vt nõ adeo lædat.Immo vero corporis particulas modice intendit. LIII.

Cur q̃ difficilem habẽt cõcoctionẽ,crassoq; sunt humore,multo facilius cõcoquunt̃, vt bubulæ carnes,q̃ quæ & faciliori sunt coctione,& minus crasso humore,vt saxatiles pisces?Quidã id consuetudini tribuunt.Nonnulli habitum quẽdam naturalem,atq; arcanum,neq; explicabilem in causa esse putant.Quidam vero ĩmodica alui caliditate,q̃ cõcoctibiliora sint q̃ par est,vtpote mutabiliora,summa incendii vi concremari dicunt,atq; corrumpi.Quæ autem concoctioni minime idonea sint,vtpote difficilia mutatu,cũ nõ admodum mutentur,concoqui tãtũ. Sic enim et paleę,vt q̃ suscipiendis affectibus aptiores sunt,plurimo igni in cinerem abeũt.At quernis lignis non item accidit,vt q̃ rite cõburant̃. LIIII.

Cur dolẽtiũ supficies pallescit?Quia natura(vt diximus) ad intimũ corpus vna cũ sanguine penetrat.Sanguis aũt is est,q ipsam calfacere supficiẽ ac rarefacere sit solitus. LV.

Cur in ægypto,q̃ calidissima est regio,frigidum vinum gignitur?Eadem rõne. Rursus enim ad vitium radices defugit frigus,easq; frigefacit.Sunt em̃ vites multo q̃ cæteræ stirpes suscipiendis affectibus aptiores. LVI.

Cur calida aqua puteo indita,frigidissimam reddit aquã?Qm̃ qd̃ i puteo frigus est,calidę repugnat.Cũq; eã frigoris abũdãtia superet,calorẽ ip̃m omi copia pseqtur.Atq; ita multa cum frigiditate p calfacientẽ aquã influit: eãq; hoc pacto admodũ refrigerat. LVII.

Cur vbi exiguum animal in oculos inuolat:statim altero clauso oculo extruditur? Quia videndi spiritus iam per occlusum oculum exire non põt,vt iã didicimus, sed collectus in sese,magnaq; in apertum oculum copia cõtẽdẽs,implet ip̃m,& tumefacit,& quasi extrinsecus promit,atq; ita pellitur,extruditurq; insectum. LVIII.

Cur colaphis icti ignem cernũt?Quia videdi spiritꝰ ictu attenuatus magnopere ignescit,atq; in aera egressus talis cernitur,qualis iam euasit.Idem euenit,cum duos simul lapides,aut cum ferrũ ferro atteras.Interceptus enim aer magnopere attenuatur,atq; ignis fit. Idem quoq; in nubibus accidit. LIX.

Cur non oĩm attritu lapidum ignis excuditur?Quia pleriq; cedentes nimium sunt,nimiũq; leues,& laxis meatibus.Neq; em̃ pariter pcussus aer attenuat̃,qppe q neq; vehemẽter ob leuitatem pcutitur,& fugit,recedit q; intra meatꝰ.Nõ ergo pariter totꝰ pcutit̃,atq; ignescit.Idem & lignorũ euenit attritu.At vero a sole atq; aqua ignis creatur:qm̃ infracti ad vitrũ solis radii,velut etiam in speculis euenit,magis ignescunt,rursumq; ad supera reflectuntur. LX.

Cur prurientes feruida gaudent? Qm̃ pituita, cuius crassitudine, ac frigiditate pruritus oritur, cutis sensum obtundit. LXI.

Cur iidem balneis gaudēt? Quia calor pituitam fundit, eamq; vngues resoluūt. LXII.

Cur magis humeri pruriūt? Qm̃ anticis partib⁹ frigidiores sunt: ideoq; plus habēt pituitę. Quo fit, vt senes, q frigidiores sunt, pruritu magis afficiantur. LXIII.

Cur facilior scalarum descensus, q̃ ascēsus est? Qm̃ in descēsu corporis pondus deorsum versus suapte vi fertur, & quodāmō descēdētē adiuuat. In ascensu vero laborat vis, corporis pondus sursum versus attollēs. Sic enim & lapis facili⁹ deorsum, q̃ sursum fertur. Qd̄ enim graue est, deorsū fertur. LXIIII.

Cur infantes vt primum eduntur, flent? Quia sensus eorū, atq; natura veluti peregrinat. Nam e calido, molliq; ipsi⁹ matricis corpore in aera frigidū exeūt. Fortasse tñ & a lumine exterrentur. Non (vt qdā aiunt) q; anima cælestium regionum extorris, terrenum corpus inhabitet, atq; ideo flere infantes cogantur. LXV.

Cur apes, & formicæ, & muscæ, omniaq; insecta oleo pereunt? Quia respiracula angusta habent. Oleū vero vtpote lentum, eorum respiracula obstruit, atq; ob id pereūt. Idē & serpentib⁹ ex iis contingit, quæ mali odoris sunt. LXVI.

Cur flantes calida refrigeramus, frigida calfacimus? Quoniam respiratio calida fit, exiens autem spiritus eorum qualitatem resoluit. Calida vero refrigeramus, q; eorum calidam qualitatē mouemus, ac resoluimus. LXVII.

Cur quæ carnes noctu sub plenilunio fuerint, putrescunt? Quoniam tunc aer calidus ab eo, atq; humidus fit, q̃ habitudo ad putrefaciendum maxime facit. vnde efficitur, vt si modicus sit calor, atq; humor, concoctio fiat, si immodicus, extinctio, si calor præualuerit, exustio. Luna quoq; quatuor nacta habit⁹ videt. Media em̃ humida, & calida quodāmō est. Plena, calida quodāmō, & sicca. Quo tempore desinit, sicca, & frigida. Cū luminis omno est expers, frigida ē, & sicca. est em̃ & solis expers radiorum, qui tunc calidi sunt. LXVIII.

Cur dolore affecti pallent? Quia rursum natura eius quod sese angit reminiscens, paulatim ad intima defugit, vna cum sanguine eo, qui cutem depingat. minus tamen in iis, q̃ in metuentib⁹ euenit. LXIX.

Cur gaudentes rubent? Quia natura sponte sua delectāti sese occurrit, qui extrinsecus sit, vt nos amico liberisq; solemus. Eam vero & sanguis affectatur: is q (vt supra dixim⁹) cutē suo colore roseam reddit. Pallor aūt a contrario accidit. LXX.

Cur in sopore nocturno, cum subito oculos aperimus, lucem videmus? Quia videndi spiritus collectus inter dormiendū, atq; adauctus, repentinus, plurimusq; per tenebras erumpit: Cūq; ipse sit lucidus, instar luminis cernit. LXXI.

Cur verentes oculos deiciunt? Quia animi speculum sunt oculi. Nā & animi affectus per oculos cernimus, vt dolorem, iram, pudorē. qm̃ vero non sustinet animus, contra id qd̄ sit honore dignum intueri conscientia quadā, ideo aliquandiu oculorū musculos demitti cogit: idq; velut sese operiens efficit. LXXII.

Cur auris omne humidū tolerat, excepta aqua? Quoniam cū frigida sit, ad audiēdi nerui continuo fertur. Frigidū vero omne neruis infensum. Rursum.

Cur anteq̃ vehemēs excitetur ventus, quædam veluti stellę excurrentes eū p̃monstrāt: aut quasi fulgetræ, maximeq; per sudū? Nimirū quia cœperat quidem prius moueri, nobis autē, q & crassa, & duri sensus corpora nacti sumus, nondū manifestus apparet. Supernum igitur aera, vtpote magis tenuem, magisq; ęthereum perflans, in ignem conuertit, atq; ita eius partis scintillantis videmus. vehementior autem deinceps virtus crassiorem hunc aera, qui sit circa terram, mouet, atq; ita sentitur. LXXIII.

Cur qui ventus angusta loca inflat vehementior est, q̃ qui laxa? Quia colligens sese vnū in locū intenditur in se ipso, fitq; maior, increscitq;: & vehementior euadit. In locis autem latioribus explicatur, atq; dispergit, fitq; languidior, imbecilliorq;. Hoc idem in calore accidit, in qualitatibus, & in aquis. LXXIIII.

Cur aliqui longinqua, q̃libet magna, minime videntes: propinqua tamen, q̃libet minutissima cernunt, quos & myopas, hoc est luscinos vocant, quia conniuentes videant? Equidem arbitror, videndi spiritum tenuem iis esse, ac purum, qui cū procul abeat, resoluatur, neq; obiecta attingere possit. Vix autem propinqua cernit ꝓpter tenuitatem: ac puritatem. Sūt & q minutissima

procul cernunt, vt ſenes quidam. Hi igitur contra, quia videndi ſpiritum craſſum, eundēq; multū nacti ſunt, neceſſe habent vt is per lōgiuſculā quodāmō viā moueat, eoq; pacto attenuetur, atq; ad viſibilia ſuſcipienda idoneus fiat. Sic ergo duo inter ſe oppoſita ſoluuntur. LXXV.

Cur præter omnia animantia, ſoli canes poſt coitum vinciuntur? Quia anguſtos habet meatus collum matricis, coles autem in re venerea inflatur, neq; ſtatim exit. Tum quia ſemē glutinoſum eſt, vtraq; enim iis, nimia ſiccitate accidunt. Siccum enim cogit, coartatq; particulas, atq; humida condenſat. LXXVI.

Cur ſoli canes per æſtatem rabie laborant? Propter ſiccæ habitudinis præceptionem. Natura enim ſicci ſunt, magiſq; in æſtibus. Excalfactæ igitur eorum humiditates atq; exiccatæ inflammantur, tum vniuerſa eorū habitudo, eoq; pacto inſaniunt velut phrenetici: vnde & eorum ſaliua veneni eſt inſtar, atq; ficciſſima. Inflammari aūt cōſtat, vel frequenti anhelitu, vel igneis oculis, vel oris hiatu, quem ad ꝓtrahēdū aera aptū ſemp habent, vel q; eorū cauda ob ſiccitatē incuruat, atq; macreſcit. rabidi vero fiūt p̄cipue q; ficciſſimi ſunt. Sūt & q; caniculæ ſidus influxu quodā ſuo rabiem iis afferre dicant. LXXVII.

Cur qui repente, atq; inuiti execātur, minus cruciantur, q̄ q; p̄electionē execantur? Quoniam q; de improuiſo, ii alio cōuerſum habēt animum, ſenſuſq; omnes inæqualiter ſuſcipientem. At qui p̄electionem, ii cum ſciant quid paſſuri ſint, animū ſemp in ip̄m qd̄ inciditur corpus intentum habent, quare cum ſenſum æqualiter ſuſcipiant, magis in ipſa ſectione cruciant. Solutio q̄ſtionis, a cō ſenſu qua magis. LXXVIII.

Cur qui onera baiulant, cātantes ambulant, eodēq; qui trahunt? Quia modulatione rationalis anima oblectatur, quo fit, vt in eam conuerſa, minus ip̄m ſenſum ſuſcipiat, vnde efficit, vt nō tantopere onus ip̄m ſentiat. Hac rōne ſolue, cur in funerib⁹ tibię, ac tympana adhibent, cur ad dolētis aut lugētis, aut ægrotantis mos obtinuit vt hoīm cōueniat mltitudo, diuerſoſq; inſerant ſermōes vergens em̄ ad verba animus calamitates minus ſentit: quapropter & ſcęnica oblectamēta, variaq; eius genera ab antiquis excogitata ſunt, vt animi diſtraherentur. LXXIX.

Cur æthiopes febricitantes vt plurimū extinguunt, & lippientes vlcerant? Calidiſſimi ſunt, atq; ficciſſimi, & quaſi elemētorū quædam iis reſolutio accidit, & qd̄ humidi exiguū iis ieſt, cōſumptū atq; corruptū efficit vt & cætera elementa reſoluant. Fugit enim calor cibi penuria. Exurgit frigus caloris abſentia. Regnat & ſiccitas humiditatis iteritu. Atq; ob id ipſum cadauera frigida, ſiccaq; ſunt. Vnde & diuinus Homerus haud ignarus duo quidem elemēta effugere, vtpote tenuia & leuiſſima: duo vero in extinctis corporib⁹ pmanere, ait. Sed vos o cuncti tellus fiatis, & vnda, ſiccitatem ille nimirum, ac frigiditatem intelligit. Vlcerantur autem in lippitudinibus eorum oculi, quoniam ſanguis, ex inflammatione fit biliioſus, multaq; acredine oculos per fluctum corrodit. LXXX.

Cur in conuiuiis contra rōnē poculis vtant? Incipientes enim exiguis, expleti magnis poculis bibunt. Videtur id proculdubio ridiculum, ſed neq; præter rationem tamen fit. Vt enim frequentius ad menſam poſſint, perpetuoq; bibere: incipiunt quidem a paruis poculis, deſinunt autem in maioribus. Parua enim pocula non tam queunt exatiare, q̄ abundantior potus. Si igitur a maioribus incipiant, frequenter id facere, vt in iis deliciis aſſolet, non poſſunt. Natura præterea ipſa īmēſis illis, capaciſſimiſq; poculis, veluti re quapiā pegrina turbatur, ſeq; ab his auertit. Paruis aūt paulatim aſſueſcens, copiam quoq; ipſam poſtmodum feret. LXXXI.

Cur qui aqua intercute laborant, cum pleni aqua ſint, ſitiunt ſemp? Qm̄ & ipſum eis humidum ſalſum fit, quippe qd̄ minime pmeet, ſed putreſcat, atq; os alui exſiccet. Quin & febriculas tenues habent. Præter hæc autem, quanto venter tumidior fit, tanto reliquū corpus, cū minime ſua ratiōe nutriatur, ſiccius euadit, vnde etiā macreſcit. Plurimū em̄ nutrimētū in aquam abit, ipſumq; adauget morbum. LXXXII.

Cur in conuiuiis priuſq; cibum capiamus, ac repleamur, anguſte accūbimus, poſt repletionē vero, atq; ante conuiuii finem laxamur, neq; iam vrgemur? Quoniam cum a principio vehementem ciborū appetitum accūbentes habeant, in ea q̄ intus hoc eſt in mēſa ſunt: cōcurrūt ſimul vniuerſi ac repēte. Poſt cibi vero ſatietatem, alius deorſum vergit, alī⁹ in obliquū, alī⁹ item modo quouis alio ſedet, neq; ſupra modū in ea q̄ intus ſunt vergūt. Atq; hoc pacto, vbi expleti cibo ſumus, relaxamur. Præter hoc aūt & quia oēs a pricipio, cū comedāt, ī pectus, atq; in latitudinē corporis cubāt euenit vt anguſte accumbamus. LXXXIII.

Cur quocunq; loco pilos habemus, cani gignunt præterq̄ in axillis? Quia is locus calidus eſt,

atteriis enim ſcatet, & venis. Tum rarus, atq; ob id pituitatis excrementa perpetuo excernens. hinc fit vt perpetuo ſudet. LXXXIIII.

Cur ſi pituita frigida eſt, & craſſa, & lenta: ſimiliterq; nigra bilis, frigida & craſſa: ſed multo, q̃ pituita minor, quartana tamen diuturnior eſt, q̃ cottidiana? Quia pituita tametſi frigida, copioſior ē humida tamen eſt, humidum vero facillime alteratur, atq; immutatur. Nigra vero bilis, frigida, & ſicca, quo efficitur, vt difficillime altereť aut immuteť. Decipiunt itaq; ipſa ſimilitudine frigiditatis, & bilis redundantia, reliquam vero contrariā qualitatē occultāt. Præter hæc pituita magis naturæ cōſentanea eſt, q̃ nigra. Vnde & cum quis ſanus fame extinguiť, natura pituitā ipſam ī nutrimentū vertit. In febri igiť cottidiana, qcqd vtilis pituitæ offendit, id oē in nutrimētū conſumit. Qd aūt inutile eſt putreſcens febrim accendit. LXXXV.

Quare cum quatuor ſint humores qui interdum putreſcunt, tres tantū febres, nō aūt quatuor exiſtunt? Quia ſanguis ſecundum naturam eſt, & nutrimentū corporis. Is exuberās repletionem tm̄ facit, corruptus aūt, nō iam ſanguis remanet. Mutať em̄ excalfactus in flauā bilem. Reliqui igitur humores exūdantes quidem morbos pariūt, maximeq; circa cutem, vt ſerpentia vlcera, & cancros, duplexq; genus vitiliginis: alphos videlicet, & leucas. Putrefacti aūt, febres. LXXXVI.

Cur ſi in duobus aduerſis parietibus geminę ſint e regione feneſtræ, quas vehementior pflet vētus, altera tantum clauſa, iam per alteram non intrat vehemens ille, & plurimus vētus, q ſpiret, velut vtraq; aperta accidebat? Quia aer qui mouet, hoc eſt ventꝰ, corpus eſt: altera igiť clauſa, q p alterā intrarat aer, locū domus replet. Cūq; corpus ſit, non iam reliquum aera, qui corpus quoq; ſit, ingredi ſinit. At ſi feneſtra reſeretur, q locū occuparat, exitū nactus, locū ingrediendi & alteri dat. Idē q; rurſus pobiectā feneſtrā erūpēs, aliū altera ingredi ſinit. Idq; cōtinenter fit: clauſa vero aduerſa feneſtra, non iam id amplius accidit. LXXXVII.

Cur amantium extremæ partes, modo frigidæ ſunt, modo calidæ? Quoniam vbi dolore affecti ſunt erga amicam, eaq; ſe deſperant potituros: inſitus calor vna cū natura in intima penetrat: quo fit vt extremæ partes frigeſcant, obq; idipm & pallent, & triſtes euadūt. Contra vero cū aut bona ſpe ab amica ſunt affecti, aut cū vehemēter iraſcunť, tū innatus calor ad cutē vergit vna cū natura, fiūtq; calidiores, & rubicūdiores. Obq; hanc ipſam cauſam pictores Amorē nūc triſtē pingūt, & quieſcētē, nūc volantem, & ridētē. Puerū vero mutabilē, qa cupido vehemēs quidē eſt, non tamen diuturna, & ppetua. diſpoſitio em̄ ppetua eſt, vt in legitimis amicis, aut ī patre erga filiū, aut ī vxore erga virū. Amor aūt nō ppetuus eſt, vt plurimū em̄ circa ignotos accidit. Diſpoſitio quoq; modica ſtabiliſq; eſt. Amor aūt vehemēs, & iſanienti ſimilis. Facē vero habere fingūt, atq; eſſe pennatū qa amātiū animi ſuſpēſi tollunť, ſuntq; mutabiles, ceu volucres. Tum cordi inſitus calor ſemp iis exardeſcit, iceſſabili videlicet, vehemētiq; cura erga id qd cupiūt. Tenet aūt dextra gladiū: ſiniſtra aūt pharetrā, & q̃plurimas ſagittas, qm̄ a pricipio qdē ex vno oculoꝝ radio amor oriť: vna em̄ & vidit, & cupiit, vt vero primū cupiit, perpetuos emittit amās radios ī id qd a ſe cupiť. Is aūt radiꝰ ſagittæ ſimilitudinem habet, q eū amans in corpus iaculatur. Sunt vero intra pharetrā ſagittæ, qm̄ occultos emittant radios, q amant. Vt aūt ventus ignem: ſic conſuetudo amorem accēdit. Nō em̄ proprie ex ipſa amor oritur. Si enim hoc eſſet, proculdubio oporteret ex conſuetudine ſemper amorem gigni. Amoris aūt ortus repentinus eſt. Eſt vero nudus, quia abſq; medio deſiderium id, manifeſtoq; euenit. Neq; em̄ per alterum qppiā amat quiſq̃, ſed neq; clam: neq; quā ignorat. Quapropter & ſtatuarii honoris gratia nudos interdum deos, regeſq; effingunt: vt q indicare velint, adapertum illud virtutis eorū, ac mētis, extra oē clancularīū vitiū exiſtere. Non eſt aūt vnꝰ amor, ſed plures, ſeu quia diuerſi rerū ſunt amatores: aliter em̄ atq; aliter amāt, quēadmodū & diuinus Plato ait, amorē multorū capitū belluā eſſe, ſeu quia ſub multos (vt idē ait) amores idē cadit. Matrem vero habet Venerem, hoc eſt cupiditatem. Veneris em̄ ſimulacro cupiditatem effingūt. Fertur item Amor Erinnyn furiā amaſſe: videlicet quia multi inique amarunt, impiiſq; ſunt cupiditatibus affecti, quemadmodū & a me ipſo in ſecundo allegoriarum libro oſtentum eſt, quem in cōfictas de dis hiſtorias compoſui. LXXXVIII.

Cur in peſtilentia alii pereunt, alii minime? Hoc nimirū, ex habitudinis cōuenientia accidit. Nā ſiquis malis humoribus plenum corpus ſit nactus, ei profecto inſpirans is aer, q ſit putredinis effector, & quod exiguum vtilis humoris inſit, facile corrumpit. Quo fit vt corrupto iis humore vniuerſo, & inſanabiles affectus, & q̃plurimi exoriantur, eoq; pacto occidāt. Qz ſi neq; multa qs habeat excrementa, & bonis abundet humoribus: is aut nihil, aut parum omnino a peſtilenti aere offēditur. Attrahi vero ab ea quam diximus cōuenientia, id quod agendi ſit cauſa, vel externæ mate-

ries ostendunt. Quercus em̃ haudquaq̃ affectibus idoneæ, neq; eiusmodi sunt, q̃ facile ignẽ cõphendant. Multo aũt magis idoneæ harũdines sunt, magisq; igni excipiẽdo expositæ, sed & stuppa multo iis magis. At si quis madidam capiat stuppam, viridesq; harundines: quærcum vero aridissimã eligat: vel eam sulphure spargat, qd̃ minime idoneum erat comprahendendis ignibus, id maxime idoneum reddiderit, si igni admoueat. Hoc item exemplo, & quæstionem aliam soluere potes, qua ratione eueniat, vt lassitudo diurnam potius febrim gignat, q̃ aut eam, quæ ex putredine fit, aut eam, q̃ habitualis dicitur. Dicimus em̃ euenire id ex dispositionis præceptione. Habebat enim naturales spiritus humoresq; minime supuacuos. Solida vero omnia siccissima sunt, & causa in ea incurrit. Et cur solis ardor aliis somnum excitat, aliis non item. Qm̃, cui multa in capite pituita inerat, ea effusa caput humescit, atq; inde sopitur. Qui autem sicco sit capite, cum magis id, magisq; exiccetur, peruigilio afficitur.

LXXXIX.

Cur sol nigrum quidem hominem, linum vero cãdidũ reddit, ceramq; emollit, limũ durat? Propter dispositionẽ rursum patientis materiæ. Humores em̃ omnis excepta pituita, cũ sunt præter modum excalfacti, circa ipsam cutem nigri apparẽt. Linum vero, aut nitro, aut salsugine infectum cum sol eius sordes absumat, albescit. Rursum vero, cum ex eadem cera humiditatem eliciat, quæ in eius intimo fit, euenit vt emolliat. At vero in limo, oẽm sol humiditatem, q̃ & plurima sit, & in ipsa superficie redundet, depascitur, atq; ita eum deficcat, durumq; efficit. Si ergo circa id qd̃ patitur, & agens vertitur, magno nobis vlui esse potest. Si em̃ pietate animum armemus, corpus ciborum modestia exornemus: vita autẽ non possidente: sed iis contenta, q̃ sint victui opportuna, nosmetipsos stabiliamus, tum oẽs vitæ molestias: quoad fieri possit, euitabimus: neq; nos agenti malo idoneos p̃bebimus, vt id qd̃ patitur, agat quicq̃, siquis videlicet est, aut Dæmon, aut stella, aut alia quepiam extrinsecus causa.

XC.

Cur icterici difficile deiiciunt, & deiectio iis alba est? Quia flaua bilis toto eorum corpore diffusa est, qd̃ & oculi indicant, & cutis, neq; ad intestina iã cõfluit, vt prima naturæ lex exigit, atq; ita stercus non colorat: neq; sua acredine deiectiuam intestinorũ virtutem irritat ad euacuandum stercus, propterq; id ip̃m medicina, quæ vt artes cæteræ naturam imitatur, vbi in ægritudinis periculo corpus versatur, ægrotãti virtuti auxiliatrix adest. Ná quia stercus deiicitur: bile irritante, adq; eius expulsionem intestina prouocante, & musculos, ipsum vero stercus molle, lubricumq; est oblentos illos humores, q̃ in intestinis sunt, eiq; adiacent: merito etiam clyster p̃ bile mel habet, quod eiiciendi vim habet, item nitrum, qd̃ & vim habet eiiciendi, & intestina ac musculos ad expulsionem citat: hydreleũ vero hoc est oleũ aqua dilutũ, ad humectãdũ emolliẽdũq; stercus, qd̃ sit a febri deficcatũ. Scire aũt oportet, nũc sua spõte naturã, ac sine medici ope agere, vt ĩ ęgritudinũ iudiciis, vt in cõcoctionibus. Est enim tunc medicus velut spectator quidam, & arbiter, & iudex duoꝝ aduersarioꝝ morbi, & naturæ. Nũc vero p̃ solũ agit medicũ, vt ĩ articuloꝝ fractionib⁹, inq; articulorum iniectione. Nũc vero p̃ medicũ simul agit̃, & naturã, vt ĩ sordidis, cõcauisq; vlceribus. Medic⁹ em̃ sordibus vlcus perpurgat, iis q̃ ad eiuscemodi purgationem pertinent, tum cæcis illis meatib⁹ relaxationem præbet. resecat enim quicqd iis est pro operculo, vt sic dixerim, eosq; obstruit, vt purum sanguinẽ acquirant. Natura vero per vlceris meatus purũ sanguinẽ suggerit, qui a nutrimẽtis sit creatus, eũq; ad carnis generationẽ transfert. Is rursum a deficcantibus venenis condensat⁹, idonea caro fit.

XCI.

Cur ii, qui febri continua laborarunt: post iudicii tempus, quam crisin vocant, nigerrimam aliquãdiu cutem habuerunt? Quoniam ex flaua bili continua accidit, quæ in ipso ægritudinis rigore perusta in nigram demutata est. Atq; ita in ea quam diximus crisi, a natura ipsa ad cutem repulsa tinxit ipsam. quẽadmodum etiam in vitiligĩnibus alba quoq; est cutis. Eius autem humoris crassitudine difficile eiusmodi color resoluitur.

XCII.

Cur nigra bilis ad mãmã, aut ad crus accedẽs corrosionem operatur: in his vero qui melancholici vocantur, cum in ip̃m cõfluat cerebrum: id tamẽ non agit? Quia in mãma quidem multæ, magnæq; insunt venæ, propter lactis generationem, atq; ob id bilis copia eo confluit. Similiter & in crus multa bilis deducitur: quippe quæ ad inferna feratur. At vero in cerebrum, tum quia superne est, tum quia minutas habet venulas, exigua quædam bilis ascendit, quæq; pungendi tantum non autem corrodẽdi vim habeat. Frigidum præterea, atq; humidũ est, quo efficitur, vt modo aliquo nigræ bilis habitudini aduersetur, ipsamq; emolliat. Quæ igitur proprie nigra bilis est, ea corrodentem in mamma cancrũ gignit: In crure vero chironium vlcus, & quod nomades a depascendo vocant: In cerebro aũt ferinam melãcholian. Quæ vero non p̃prie nigra bilis sit, sed melancho-

lic⁹ humor, & feculẽtus,fluctionẽ tantum, & tumorẽ qui cancrum imitetur,sed minime corrodat placidamq; melancholian gignit. LXXXIII.

Cur in iis,qui intestinorum difficultatibus laborant,papyrum conglobant,eaq; in anum iniecta prosunt? Quia concurrẽtibus musculis sedis humectata papyrus musculos sua relaxatione excitat Idemq; in hypophoris agit,q̃ in vlceribus cõcurrũt. Relaxatis igitur musculis,stercus velut destiratum deiicitur. LXXXIIII.

Cur q̃ vasa a græcis baucalia dicunt,cũ aqua replent,sonũ quẽdã sibi propriũ edũt,a quo & nomen vasis est factum,velut alia sunt apud græcos noia sonoꝝ factitia,vt in aqua phloesbos,& in aliuo botborygmos,& cætera? Quia cũ vas eiusmodi inane est aquæ,aere impletur, corpore videlicet tenuissimo. Cum ergo inditur repẽte in ipsum aqua,sua grauitate aerẽ pseqt,vtpote tenuẽ atq; excludit. Simul em̃ manere in baucalio,quoadusq; repleat nequeũt. Est em̃ a philosophis demõstratũ nõ posse duo corpora eundẽ locũ tenere eodẽ tẽpore. Cum ergo aer repente sursum p angustias extruditur,sonus necessario exorit,neq; is vnus, sed plures. q̃dã em̃ veluti pugna inter ambos icidit Aqua em̃ deorsum aerẽ premit, Aer vero sursum aquã. hoc cũ successione fiat, accidit vt frequenter sonus fiat. LXXXV.

Cur i vasis,q̃ a græcis harpagia,q̃si raptoria dicunt,digit⁹ eoꝝ ori iiect⁹ nõ sinit aquã fũdo effluere,eleuat⁹ aũt sinit? Quia cũ ex ore digit⁹ eleuat,aer igrediẽs trudit aquã deorsum,quo suapte natura fert,atq; ita p foramia fũdi exit. Propter hoc ipm oia mœchanica istrumẽta p aerẽ,& aquã cõficiunt,vt oronomia,clepsydræ,vocũq; imagines,q̃ de statuis resultãt,atq; alia iis silia. LXXXVI.

Cur & vinum,& aqua alieno tpe febricitãtib⁹ data,phrenitẽ efficiũt,hoc est duo iter se cõtraria: Frigida em̃ est aqua,calidũ vero vinũ? Dico igit vinũ ipsum cum suapte natura sursum ferat,exurere cerebrũ,vna cũ febri pturbatur. Itaq; vehemẽter a principio aię istrumẽtũ ęthere⁹ quodãmõspũs est,vimq; ipsam prudẽtię idẽ agere cõpellit. Inde vero hoc patet,multi qppe etiã sani plurimo ppetuoq; meri potu vtẽtes,mẽtis ipotes fiũt. Aqua vero ipsa velut obstruẽs corporis meat⁹,p quos videlicet resoluunt ii spũs,q a putrefactis humoribus oriuntur,eosq; crassiores reddẽs, id agit vt plus ob id ipm putredinis,febrisq; resultet. Sępe vero & aqua ab immodica febri deuicta, ei⁹ pabulum fit. Quẽadmodũ in furnis vsu venire videmus. qui enim ignẽ accendere volunt,exigua quadam aquula ignem irrorant. LXXXVII.

Cur mulieres acuta sunt voce: itemq; & spadones,& pueri? Quia humiditatis abũdãtia arteria eis in amplũ minime ptendit. Caliditatis em̃ officiũ est,meat⁹ i amplũ relaxare. vt ergo angusta tibia acutũ edit sonũ,sic & aspera arteria. Dicũt aũt nõnulli, mulieres acuta esse voce,qa cõferat inparitudine clamare ad pariẽdi facilitatẽ,qd pculdubio falsum est. LXXXVIII.

Cur infantes æstate siderantur? Q; vulg⁹ æstu laborare eos dicit. Febricitãt em̃ tenui quadam, profundaq; febricula,iisq; oculi excauantur,fiũtq; vigiles,& imbecilles. Nonnulli vero & fluxu vẽtris laborant,quia infantes passibiles sunt,magnãq; vim pituitæ in capite habẽt,vt dictũ est. Igit in æstibus pituita supra modũ excalfacta,ac putrefacta febrim accendit. vnde & cartilagines cerebri ignescũt,atq; ob id vigiles fũt. Ignitio aũt p arterias ad cor descẽdẽs,& viuificũ spiritũ reddẽs ignitũ,febrim sine putredine accendit. Cum vero ex febri multa bilis procreetur,euenit ea ratione,quã superius explicauimus,vt bile aluum,atq; intestina mordicante vẽtris resultet fluxus. Esse aũt eius causam radicemq; affectus in cerebro patet,qm̃ capiti refrigerantia admouentur,eaq; vtpote ignitionem extinguẽtia psunt. Laborant tamen hoc ipso etiam adulti,quibus scilicet in capite pituita, aut exiguum flauæ bilis coaceruatum sit,& putrescat. Per ipsam igit inspirationẽ, perq; ignitum quodammodo aerem spiritus ignescunt. LXXXIX.

Cur rotunda vlcera difficile curãtur? Quia ex bile acri,q̃q; vim corrodẽdi habeat,oriuntur. Nã quia guttatim confluat,& corrodat,rotũdũ vlc⁹ facit,ppterq; id ipm exurendo, desiccandoq; idonea reddunt medicamenta. Atq; hoc quidem pacto medici. Naturales autem & philosophi euenire id dicunt,quia nullũ sit principiũ vnde vomica incipiat. In circulo em̃ neq; pricipiũ,neq; finem accipere est,atq; ob id dicunt,cum eius figuræ vlcera,ferro a medicis incidantur,in figuram aliam demutari. XC.

Cur aliquem ad locum vel necessario proficiscentes: cum tamen eo peruenerimus, vlteri⁹ aliquãdo progrediamur? Quia animũ sæpe in rem quãpiã habemus intẽtũ,eoq; inclinatum, & cõuersũ, neq; pcepit⁹ sensib⁹ imminẽtẽ,vt q̃ iis propria sint cognoscat. Velut igit locũ vidẽtes,nõ videt. Neq; em̃ præsto is est,qui sensibilia iudicet. XCI.

Cur mel omnibus dulce,ictericis tamen gustantibus amarum videtur? Quia bilem amarã ha-

bent,q̃ per totum corpus,perq; ipsum linguam redundet.Mel igit̃ cum comedũt,fit vt qescens humor commoueatur.Gustus deide ipse,cum iã bilis amaritudinẽ sensit,imaginationẽ parit,vt mel amarum putetur. XCII.

Cur vehementer irascentibus oculi ignei fiunt?Quia ira feruor est eius sanguinis,q̃ sit circa cor calidiq; spiritꝰ.Hic igitur vtpote subtilior supne ferẽt,perq; oculos,q̃ pspicui sunt, trãsparet,habẽtq; vapores sanguineos ascẽdentis.Vñ & facies rubra iis apparet.Huiꝰrei nõ ignarus Homerus inquit.Instar erant ardentis lumina flammæ. XCIII.

Cur infusa serpentibus aqua eos expellit?Quia natura frigidi sunt,& sicci, & neruosi, & exigui sanguinis,fugiũtq; immodicã frigiditatem.Esse aũt illos huiuscemodi habitudine, vel hinc colligit̃ Latebras em̃ hyeme q̃rũt,terreq; itima,vtpote calidiora.Occidẽte aũt sole,vt plurimũ,rursus aera vt frigidũ fugiũt,rursumq; æstate,qm̃ terræ intima frigida sunt,inde fugiũt,inq; locos calidos demigrant. XCIIII.

Cur ouum si assetur rumpit̃,si in aqua bulliat minime?Quia cum igni eiꝰ humiditas appropinquat,imodice calefit,& exurit̃,pluresq; ob id spũs gignit,q̃ cũ ob loci angustiã exitũ q̃rãt,rupto putamine diffugiũt.Idẽ quoq; agũt ĩ doliis,& in fictilibꝰ nouis,cũ vinũ efferuet. Multa ꝓterea flãma oui putamẽ assatione disrũpit.Id qd̃ & fictilibꝰ vasis supra modũ adustis accidit.Vnde naturaliter vulgo ouũ cũ assandũ est,aqua ꝑmadidãt,aqua em̃ calida suapte mollitie humiditates paulatim effundit,ac ꝑ raritudines resoluit. XCV.

Cur in coitꝰ voluptate hoies quodãmodo oculis cõniuẽt,atq; huic aliqd simile,& in cæteris sensibus patiunt̃?Quia deuicti ab affectu voluptatis,magis eam quodãmõ cõniuẽtibꝰ oculis cõphendũt.Nõ em̃ eleuant̃,ipmq; extrĩsecꝰ animũ vna cũ sensibꝰ ad aera ꝓtrahũt, quo efficiat̃,vt corpore os illos affectus minus sentiat. XCVI.

Cur nonnulla licet vniformia medicamẽta vim tñ cõtrariã habẽt, quẽadmodũ experiẽtia ipsa ĩdicat:Mastiche em̃ eiicit,resoluit,& itẽdit:Acetũ aũt & calfacit,& refrigerat?Quia insunt iis indiuidua,minimaq; corpuscula ꝑ interpositionẽ,non confusionẽ,vt harena humectata conglobatur, vnumq; corpus effici videt̃,re vera aũt multa sunt minutissima ĩ harena corpuscula.Q̃z si hoc verũ est,haud est absurdũ ĩ aliis,aliisq; mastiches ꝓticulis cõtrarias virtutes, & qualitates occultari, neq; inter se cõfundi,q̃a natura eis tãtũ corporibꝰ legem illam inseruerit. XCVII.

Cur cũ pedis digitũ offendimus inguen tumescit? Quia semper natura, q̃ ad corpus ꝓtineant prouidens,solet accurrere velut auxilio iis partibꝰ,q̃ dolore laborent.qm̃ vero vtilissimũ oĩm humorũ,& nutriẽtẽ,& cognatũ,ipm videlicet sanguinẽ pro vehiculo habet,necessariũ est,vt cũ ea ad pedis digitũ,vna cũ sanguine descẽdat,ĩpleant̃ eę venæ,q̃ maxime in ĩguine sunt,eęq; ꝓtes q̃ circũ vasa ipsa sint,atq; adenes a græcis appellent̃:quippe q̃ rotũda sint corpora.Immodica igit̃ cõstipatio,inflammationem eleuationemq; efficit,appellaturq; id inguen,ex ipso loco denominationem mutuatum. CVIII.

Cur natura auibus,neq; vessicam vrinæ receptaculum,neq; renes elargita est?Quia multa indigebant humiditate,vt oriri pinnæ,atq; increscere possent. Eãq; ipsa volãdi exercitatione cõsumũt. Pinnæ. Neq; oĩno qdẽ mingũt.Cũ vero bibũt,stercus immodice humidũ deiiciunt. CIX.

Cur pueris in vessica calculi gignunt̃:senibus vero intra renes? Quia angustos ĩ renibꝰ meatus pueri habent. Terrenus vero humor,& crassus violentia angustiarum ab vrina extrudit̃,tũ e renibus ipsis,tũ ex cõceptaculis,q̃ lunæ formã habẽt,ĩ ipsam vrinæ vessicã, Ea cũ latos habeat meatus exeũdi locum vrinæ ꝑbet:Humori vero ipsi,vnde calculi gignunt̃,insidendi,suoq; more cõspissandi.At vero in senibus contra euenit.Laxos em̃ reniũ meatꝰ habẽt,quo fit vt vrina exire,& terrenꝰ humor ĩsidere,cõgelariq; possit.Color aũt calculi humorẽ quoq; ostẽdit,a quo ortum habeat. Solutio ex cõpositione,situq; membrorum. Renium. CX.

Cur si caliditate calculus congelascit:Calidi em̃ sunt pueri,similiq; ratione fit in senibꝰ:Neq;.n. tanta concedenda est frigiditas,quanta in glacie,niueq; fit:Extremo em̃ frigore renes demorerent̃. Nõ cõtrariis tñ ad frigiditatis solutionẽ:verũ similibꝰ vtimur,hocẽ calidis,vt ꝑtroselino, fœniculo,& eiuscemodi?Dico igit̃ accidere,vt exustione,torrefactioneq; nimia calculus in harenulas exteratur.Quẽadmodũ in testis,in fictilibusq; vasis,cũ supramodũ torrefacta fuerint,harenę pueniũt. Fitq; hoc pacto,vt exigui lapilli vna cũ harenulis facile inter meiendũ effluant. Euenit quoq; nonnunq̃ vt frigida epota,facile calculus extrudat̃:renibus videlicet ꝓtentis ipm fluxu nimio per excernendi virtutẽ deiiciẽtibꝰ.Euenitq; præter hoc,vt immodicus renium ardor,cuius causa calculi cõgelascunt, a frigida extinguatur. CXI.

Cur in renibus inq; vrinæ vessica vlcerũ difficilis curatio? Quia vrina cum sit acris, exulcerat ci catricem, quã opportuna medicamẽta obducũt. Magis aũt in vessica insanabilia sunt, q; intra eã permanet vrina: in renibus autem defluit. CXII.

Cur in soliis calida aqua commota, calidior nobis, nostrumq; fere adurẽs corpus videt? Quia de scendentibus nobis appellens aqua, & ipsa patitur, hoc est, cũ nostrũ ipsa excalfaciat corpus, & ipsa a nobis quodammodo refrigeratur. Didicimus enim, q̃cunq; in generatione, corruptioneq; agant, ea quoq; ipsa proculdubio pati. Qm̃ igitur aliquo refrigerata pacto, non iã similiter excalfacit, manifestum est, assuesse iam nos, neq; ipsam iam caliditatem sentire, quemadmodũ a principio: qm̃ immodica eius caliditas a nobis diminuatur. Si ergo calidã mouẽtes, eã, q̃ cuti adhæserat, trãsmittamus, aliaq; calida aqua sincerior accedat, nõdũ videlicet, aut agẽs, aut a cute ipsa patiẽs, suamq; caliditatem immodicam seruans, merito nobis calida, exurensq; videtur, quatenus & ipsa agẽs patiatur, suamq; remittat caliditatẽ, quemadmodum illa prior. Atq; hoc p̃ successionem fieri potest, q̃ diu enim calidã mouemus, tãdiu semper ad nos accedẽs, reuera ipsa calida videt, propterq; id, vulgus naturali motu cum vult in solio corpus magis excalfieri, mouet continenter aquam, quoad vult. CXIII.

Qua ratione, si qcqd mouetur, sese ipso calidi⁹ fit, maximeq; in calido aere, & loco, aer tamẽ cum verberatur, atq; mouetur, frigidior nobis tactu videt, idq; vel maxime p̃ æstatẽ, quo tẽpore solis calor, multo ardentior est? Hoc videtur contrarium supiori esse. Calida em̃ aqua, calidior nobis solicitata videbatur. Hoc aũt loco frigidior calidus videtur aer, cum & mouet, & solicitat. Dico igit vsu hoc euenire, vt qd̃ in re quapiam plus est, aut qualitate, aut virtute, vincat quidem id, & vertat, qd̃ minus est: modice vero & ipsum, qd̃ fortius est, contra patiatur. Calida igit aqua, cum calida vehementer est, calescenti adhærens corpori, & ipsa contra refrigeratur, neq; iam eandẽ qualitatem seruat. Qui nos igit circundat aer, æstate modica, cũ sit calidus ad aquæ calidæ similitudinem, ingruens in corpora, a nobis ardẽtibus, ob calidum anni tempus, calfit quodãmodo, atq; ipse nos contra calfacit. Qd̃ & lineæ agũt vestes, quę cum frigidę prius essent, mox a nobis calfactæ, nos ipsos postmodo calfaciunt. Cum igitur aerẽ solicitamus, transmittit e corpore, q a nobis præcalfactus aer fuerat: alter autem nondum excalfactus, accedit, qui nobis frigidus videtur. Idq; per successionem fit. CXIIII.

Cur quæ in pupula oculi vlcera fiunt, cũ exoleuere, alba videntur: quæ vero extra pupulam in nigro oculi, non item? Quia per solam pupulam videndi spiritus exit, qui & perspicuus est & lucidus. In albedinibus igit iis, q̃ Leucomata dicunt, cum cicatrix meatus conspisset eius tunicæ, quæ cornea specie est, nõ iam vidẽdi spũs exit. quo fit, vt magna deinceps copia contractus cicatricem illustret, eamq; calidam ostendat. Quoniam vero ex visus condensatione spiritus non exit, euenit vt non videant. CXV.

Cur paleæ, & calidam aquam, & frigidã niuem, hoc est aduersas inter se qualitates conseruant? Quia palearũ natura manifesta qualitate caret: vñ & a nõnullis ἄποια apœa hoc est qualitatis expertes appellantur. Cũ igitur facile suapte natura confundi, commisceriq; possint, ocyssime quib⁹ adhæserint conferunt, eorũq; ipsę confusionem suscipiunt. Collato em̃ sibi calido calfiunt, idq; ipsę cõtra recalfaciunt, atq; cõseruant: similiterq; frigefactæ a niue, eamq; ipsę refrigerantes, frigiditatẽ eius conseruant. quemadmodum & cera, & oleum, quæ facile confundi possunt: suntq; item qualitatis expertia, conferunt eorum qualitati, quæ cum ipsis admisceantur: quippe quæ & eorum fusionem accipiant. CXVI.

Cur bruma p̃ sudum clariora videntur sidera? Quia & a ventis, & ab imbribus, vel q nos circũdet aer, vel q altior sit, motu ipso extenuatus, & quodãmõ expurgat⁹ puriorẽ sidereor̃ corporum cõceptionẽ, multoq; faciliorẽ, vlteriorẽq; progressum visui p̃bet. qd̃ & in puris, p̃spicuisq; fluuiorũ aquis manifesto apparet. Multo em̃ puriora, clarioraq; videntur, quæ in iis corpora insunt. At in crassis & cœnosis, aut nullo modo, aut cõfusa trãsparent. CXVII.

Cur sæpe inter meiendum horremus? Quia acris bilis defluẽs, atq; vrinę vessicã mordicãs, vniuersum quoq; irritat corpus, atq; excitat ad eius particulæ consensum, vt deiiciendi vim modice offerat, atq; ita q horror dicit, effici solet, hoc vero pueris maxie accidit. Multo em̃ plura ob nimiã saturitatẽ excrementa sunt nacti. CXVIII.

Cur noctu dolores magis intendunt? Quia anima secum ipsa ociosa non iam aut visui, aut auditui, aut aliis huiuscemodi sensibus intendit, neq; quicq̃ agit, neq; ad externas actiones p̃uocat, quo efficit, vt multo plus corporearum perturbationũ, tangẽdi sensu suscipiat. Paucæ etenim per

dida corpora migrans ex reflexione rursus p oculorũ radios,ad sui ipsius spectaculum remigrat. Migrare autem qualitates a facie,neq; esse id absurdum,& ii ostendunt qui iuxta arbores manent q; viridi aspectu esse cõsuerũt. Viridis em̃ qualitas viridiũ foliorũ ad ipsam faciẽ demigrat. Similiter & in aquam fluentem migrans,eam quoq; viridem ostendit. CXXXIIII.

Cur puræ speluncæ, & altissima loca atq; pura,vocis imaginẽ gignũt ac remittũt? Quia & hęc quoq; loca ex reflexione ictum remittentia,soni imaginẽ edũt. Verberat em̃ vox aerẽ,aer vero locũ qui quo magis verberatur,eo magis verberat,eoq; vehemẽtiorẽ vocis efficit sonũ:humida vero loca,& veluti molliora ictui cedentia,eũq; resoluẽtia,imaginẽ minime edũt: pro qualitate aũt & quãtitate ictus ac vocis redditur qualitas,quantitasq; eius imaginis,q̃ Echo appellat. Hanc praue nõ nulli deam quandã esse fabulantur,alii Pana dicũt eius amore captũ:qd̃ pculdubio falsum est. Vir em̃ quidam sapiens fuit,qui primus & cupiit,& peruestigauit eius causam vocis intelligere,atq; vt qui amant,neq; potiũtur,iniquo aĩo ferũt,eodẽ & ille pacto donec eius solutionẽ causæ inuenit egre habebat. Quẽadmodũ & Endymion,qui prim⁹ lunę cursũ iuenit,vigilans noctes,eiusq; cursũ aĩaduertens,& motũ inquirẽs,interdiu dormiebat. Fabulantur igitur amatũ esse a Luna,eamq; ad ipsum dormientem accessisse,quia sui ipsius causę solutionẽ philosopho quasi tradidit. Quin & pastorẽ fuisse tradũt,q; in desertis puris atq; altis locis eius motũ suspiciebat. Et ei cõpactã fistulã tribuunt,q; loca edita,vt plurimũ pflantur,vel q; figurarũ consonantiã inqrebat. Silrq; Prometheus cũ sapiẽs esset,sydereęq; aglę causã puestigaret,naturãq; ei⁹,ac sitũ,cũq; discẽdi cupiditate veluti exederet, tũ demũ qeuit,cũ ei Hercules dubitationẽ oẽm sua sapientia soluit. CXXXV.

Echo.

Endymiõ

Prometheus.

Cur aqua stans,q̃ in superficie,nõ aũt in pfundo terræ sit,lapide p eã iacto, multos circulos efficit? Quia iactus eius intẽsione a quauis sui corporis parte pcul aquã lapis psequit,atq; ita circul⁹ fit,quousq; videlicet ptinet iactus descẽsio. Q; si immodica sit intensio,& circulus maior fit,descẽdens,aũt vsq; ad terrã lapis,ipsamq; deinceps aquã corpore trahens,multos merito circulos efficit Primo enim superficiem aquæ mouẽs diducit. Tũ per ipsam ppetuo descẽdẽs ad profundum,rursus diuidẽs aquã,& aliũ efficit circulũ. Atq; hoc p successionẽ fit donec lapis cõstiterit, ac reqeuerit. Qm̃ vero lapidis itẽsio eo descẽdẽte paulatim remittit,necesse est posteriorẽ quẽq; circulũ priori cõtractiorẽ esse:qm̃ & a lapide similiter ictu ipso aqua diuiditur. CXXXVI.

Cur risum multi e liene oriri putant,asserentes non similiter risu videri affectos,qbus lien vitiatus,vt qb⁹ integer sit,immo vero illos magnopere tristes esse? Eqdẽ ex accidenti arbitror,nõ ppriе risus causam in liene consistere. Nã si valeat,trahit ex iecore fecosum oẽm, & melãcholicũ humorẽ, quo fit,vt cũ purus defecatusq; sanguis,cum p vniuersum corpus,tum ĩ cerebrũ pmeet,naturã simul aĩamq; oblectet,atq; instar vini eas exhilaret,& in tranqllitatẽ ducat,atq; ita risus ab ea moueatur. CXXXVII.

Cur mulæ non pariũt? Quia e diuersa animantiũ specie cõstant,tũ differentiũ qualitate,& natura seminum immixtio,aliud quiddã gignẽs,præter id qd̃ est prius,& eorq̃ genuerit naturã abolet Quẽadmodũ & cãdidi nigriq; admixtio extremorum colorẽ abolẽs,colorẽ aliũ q est fuscus generat q nihil extremorq̃ oĩno est. Generatrix igit̃ qualitas abolita est,& formarũ aptitudo. CXXXVIII.

Cur q natura surdi,iidem & muti? Qm̃ q̃ nõ audierũt,dicere exprimereq; non possunt. Quidã vero medicorq̃ dicũt vnã esse neruorũ coniugationem,q̃ ad linguã,q̃q; ad auris ptineat,quo fit,vt affectuũ quoq; cõsensus iis accedat. Qui aũt ex accidẽti sunt muti,surdi omnino non sunt. localis em̃ oritur neruorum passio. CXXXIX.

Cur qui ieiuni diutius fuere,sumpto mox cibo rigẽt? Quia cibi sumẽdi interuallo,bile redũdant atq; ita acidũ humorẽ coaceruãt. Post cibũ igit̃ pticulæ illæ corpis refotę,bilẽ ab se ĩ cutẽ abigũt,atq; ita rigor orit̃,bile videlicet pticulas ipsas mordicãte,atq; ad se psequẽdũ excitãte. CXL.

Cur sues sursum spectantes silẽt cũ baiulant? Quia supra cætera bruta ad humũ semp vergunt. Fœtore em̃ delectant̃,cũq; reqrunt. Ergo ĩ repentina illa aspectus mutatione,veluti peregrinæ sunt atq; hospites, plurimoq; lumine attonitæ silẽtiũ pferũt. Quidã dicũt asperã arteriã,q̃ angusto meatu sit,resupina ipsa figura coire. CXLI.

Cur sues fimo delectantur? Medicorq̃ qdẽ sentẽtia,eo naturaliter delectantur, habẽt em̃ maximũ iecur,in quo & cupiditas inest. Aristoteles aũt rostri amplitudinẽ in causa esse putat. habet enim resoluentem sese olfactum,& cum fœtore veluti cõfligentem. CXLII.

Cur conualescentibus vlcerib⁹,& pituitate cessante prurit⁹ oriunt̃? Quia sanata & consolidata pars,reliquias psequitur humoris,qui contra naturam inest,quiq; vlcus effecerat. Atq; ita p cutem exiens,seseq; resoluens,pruritum efficit. CXLIII.

Cur qui affectus alterũ tãtũ oculum infestãt,grauiores diuturnioresq; sunt? Duabus causis.qm̃ fluctio ad vnũ tãtũ oculũ coaceruat.quicqd enim in plura diducitur,fit se ipso imbecillius,minusq; agit,quoq; id magis fit,eo inefficacius euadit. Vel quia cũ sese san⁹ oculus in suis actionib⁹ mouet,& ægrotũ oculũ toties moueri cogit:scimus aũt maximum cuiusuis ægrotę partis medicamẽtum in quiete ipsa consistere. CXLIIII.

Cur homo magis frequẽtiusq; & vehemẽtius q̃ bruta sternuit? Quia copiosiori,magisq; vario alimento,potuq;,idq; vltra satiem vtit,qd cũ minime cõcoquat,vt par est,multũ cõgregat spiritum ob multã humiditatẽ.is ergo vtpote subtilis ad cerebrũ ascẽdẽs,cogit frequẽter ad excretionẽ excitari,sternutamẽtũq; efficit. Sonus igit fit,quia p nariũ angustias vehemẽs spiritus meat,vt p sedẽ ventris crepitus,p stomachũ ructus,per guttur vox,per auris sonitus, similiterq; per intestina immurmuratio illa,q̃ borborygmos appellatur. CXLV.

Cur mortuorum capilli,vnguesq; ad tempus aliqd augent? Quia marcẽte carne,q̃ partes circa eorũ radices occulunt,nũc apparẽt,atq; decipiunt,imaginationẽq; afferũt,quasi creuerint. Alii reuera dicunt augeri,quia hæc ab excremẽtis ortum habere soleant. Cadauera aũt in excrementa q̃ plurima a principio,ppter accedentẽ putredinẽ resoluunt.hæc autẽ & per meatus, & per corporis extrema,vna cum corpore ipso exeũtia,supradictorũ ortum adaugent. CXLVI.

Cur in digitis manuũ poti⁹ q̃ in pedibus viriliginũ species eæ quas Leucas vocant,oriunt,puerisq; magis q̃ perfectis? Quia ortũ ex pituitæ excremẽto habẽt. Pituita aũt pueri,vtpote edaces ac pigriores,magis abundant. Pedum vero vngues motu,deambulationeq; magis exercent,excremẽtaq; resoluunt. CXLVII.

Cur pili in pedibus haud cito canescunt? Eadem ratione. Pedes em̃ frequenti, intensaq; ambulatione,qd in se decurrerit pituitatis excrementum resoluunt:id autem canos gignit. Pubes autem & ipsa sero canescit,quia calida natura est,atq; in coitu pituitam resoluit. CXLVIII.

Cur q̃plurima animantia caudas motant,cum notos agnoscunt:leo vero etiam latus verberat cum irascit,eodemq; modo taurus? Quia tergi medullam ad caudam vsq; pertinentem habent,q̃ in se motiuam animalemq; vim continet. Anima igitur qd sibi notum est agnoscens,veluti manu aliqua,vt in hoĩbus euenit,caudam motare cogit,q̃ manifesto ostendat eius intra se vim occultã inesse,q̃qd oportet agnoscat. In leonũ vero,ac taurorum excãdescẽtia cõsentit natura aĩæ,eãq; vehementi⁹ moueri cogit,quẽadmodũ & hoies manus ipsi suas,aliãve corporis partẽ sæpe irati verberãt. Cum em̃ nequeat anima,qd se lædat vlcisci,statim alio sibi modo solatium excogitat,suũq; affectum ictu,percussionẽq; curat. CXLIX.

Cur si exusta & sicca hordea vlceribus equorũ imponantur, non iam albus cicatricibus pilus, sed reliquo cõcolor innascit? Quia eiiciendi vim habent,absterguntq;,& resoluunt insidens pituitatis excrementum,atq; inutilem oẽm operationẽ,q̃ ppter vlceris cruditatem,ppterq; eius partis imbecillitatem,coacta fuerit. CL.

Cur in hominũ vlceribus pilus haudquaq̃ innascit? Quia hoĩm cutis spissa est,argumẽtum pilorum tenuitas ac mollities. Cum vero cicatrix cute ipsa sit conspissatior,meatus occæcat. Equis autem,qd ad comparationẽ ptineat, rarior est.argumẽto crassior pilus. Quapropter minime iis meatus totus in cicatricem occludit. Subsidentia vero,& congregata excremẽta,cũ p tenuis illos meatus,qui supsunt,erũpãt,cõcrescũt,& pilum gignunt. CLI.

Cur quos dipsas momorderit,sitiq; sint intolerabili affecti,eis epota theriaca , q̃ sicca calidaq; est sitim sedat:non aũt magis incendit? Dico igit,nõ qualitatis rõne sitim sedare,sed mutuo quodam consensu,ac ratione naturali. Id est huiusmodi Antidotus,q̃ plurimis ex hærbis componit,q̃ consensum aliquem cum singulis corporis partibus habeant.velut dictamũ proprietatem quandam aduersus cor habet,ipsumq; confirmat & seruat. Eupatorium vero cum iecore. Scolopendrium cũ liene. Petroselinũ cum ventris orificio. Hysopus vero cum septo, & cum pulmone. Helenium vero cum renibus. Ruta cum collo. Gentiana cum cerebro. Seseli autem cum vessica vrinæ. Vnumqdq; igitur horum mellis dulcedine allectum trahit, quod sibi proprium ad tutelam est. Inter quæ oĩa sunt & viperarum immixtæ carnes,quæ naturalem quendam mutuum affectũ habẽt,quã antipathiã dicũt,aduersus quoduis venenosum animal,corruptibilẽq; virtutem. In singulas igit partis distributa,affectum illum qui corruptionem minetur,agere non sinunt. Repugnant em̃ , ceu legitimi quidam milites,q pro sua ipsorum patria arma ceperint.

ALEXANDRI APHRODISEI PHYSICAE SOLVTIONES EXPLICITAE: ANGELO POLITIANO INTERPRETE.

noctem animales operationes existũt,quales sunt respiratio,& cogitatio.Animum vero cum ad ex terna per suas operationes protrahat,corporeas perturbationes minus experiri manifesto apparet qñ in luctibus,in aduersis valetudinib⁹,inq; cæteris huiuscemodi accidentibus,amicorꝫ cõgressiones,ac narratiũculæ,eorum q sint affecti,pturbationes alleuant,atq; solantur. Animaduerte autẽ naturam quidem in suis operationibus minus interdiu agere,vt in ciborũ concoctionibus,in humorum pmutationibus,in sanguinis euocatione,in pullulandi,nutriendi,concrescendi similitudinis,aliorũq; his similiũ operatione.Aiam vero magis agere in suis actionibus,vt in qnq; sensibus in motibus particularũ corporis:in imaginatione,in cogitatione & memoria. Contra vero noctu. magis eñ agit natura,minus anima. CXIX.

Cur vitrum per brumam cum quid vehementius calidum iniicitur disrumpi solet? Quia pluri ma frigiditate ex circũeũte aere,toto suo corpore affectum est.Cum igit repente calidam non pręcalfacto vitro indimus,tum caliditas contrariam sibi frigiditatem pculdubio persequitur. Illa aũt vna cum spiritu ipso repente fugiens,cõfractionẽ eorũ corporũ efficit,q̃ intra vitrum sunt. Dandũ eñ est,inesse & in vitro exiguos meatus,q subtiliorẽ aera contineant,quos tametsi oculis,sensuq; non assequimur:natura tñ ipsa,req; vera inesse non diffiteamur.Alii vero dicũt:qd vehementer sit frigidũ,id arefacere atq; exasperare vitri corpus:vnde efficiat,vt quæ subtilior in eo pars sit,siue is humor,siue aer sit,extrudat,& velut ignescat:vnde etiã cõfractioni, corruptioniq; idoneum euadat,quẽadmodũ & aridissima ligna.Sic eñ & Hippocrates aiebat: venas a frigido rumpi.Qd igitur vehementer est calidũ,id eiusmodi vitri corpus inueniẽs,multo id magis arefaciẽs,ruptionemq; eius efficit pfractionẽ. Si ergo præmollitũ fuerit,tũ modice pcalfactũ,nequaq̃ lædetur:quẽadmodũ & athletæ cũ sunt luctaturi,oleo a magistris,quos pędotribas vocant,pmolliunt.Et q vocem exercent,vt respirationis partes emolliãt,pęanissant.Etenim cũ frigiditas in patẽtis illos meatus incidit,facile vna cum spiritu pfugit,& vitri mollitudo caliditati cedens, haud facile perfractionẽ subit.Esse aũt in vitro meatus,vel e vasis testaceis patet:in q̃ si aquam indas,atq; hos pice linas,exudet tñ humor. Videre est autem & fumũ de vitri corpore p brumã erũpentẽ, cũ in ipsum aquam infuderis:Et vitrũ confractũ extrinsecusq; applicitum ei liquori qui sit intus,qualitatẽ suã præbere. CXX.

Cur pueri,maximeq; infantes,haud ita facile luxantur vt viri? Quia ex mollitudine corporis,solo terræ cedentes,resoluunt eius tẽsionẽ ac duritiẽ,vt vlterius agere nõ possit. Viri igitur quũ duro sint corpore,q̃ aut terræ duritati, aut lapidi resistũt,intensionẽ pcussionis adaugent,lapidemq; ipsum cogunt in sese, vtpote durioris,agere.Hac eadẽ rõne & spõgia cedens non frangit:vitrũ vero,aut testa,aut qd aliud eiuscemodi durũ corp⁹,casu confringit.Hinc pgrediẽs e similitudine dicere possis,Cur venti motus vehementior:quærcũ qdẽ deiicit,harũdinẽ nõ deiicit.Qm̃ quęrcus vtpote dura robustaq;,& ingẽs,vẽto resistẽs,eius vim intẽdit:harũdo vero,vt quę mollis leuisq; sit & exigua,cũ vẽti flatibus huc atq; illuc cedat,eius vim resoluit.Eodẽq; pacto luctator aduersario renitẽs vim eius adauget.Cedẽs vero aliquando,cũq; eo se vna circũagens huc atq; illuc,citius eiⁿ tensionem soluit. CXXI.

Cur infantes nutricis canticũ audiẽtes vagitũ sistũt:mox vero etiã dormiũt? Quia substantia musicæ,quẽadmodũ & scientiæ,artesq; cęteræ animo sit insita,quẽadmodũ & igni calor est insitus quomodo & Plato ait,Reminisci animum nostrum scientias,non discere. Audiens igit animus huiuscemodi canticum,qua qdem reminiscitur,quiescere infantes cogit,qua vero oblectat,in somnũ allicit.Nam cum labe corporis minime sit infectus,scientias quasi pspicuas habet,coinqnata vero in corpore,in illarum modicam obliuionem delabitur. CXXII.

Cur nutrices cũ somnũ infantib⁹ alliciũt,eos mouent? Vt humores motu fusi cerebrũ moueãt. Idem tolerare tñ non possunt adulti. CXXIII.

Cur nõnulli ebrii gemina vident? Quia oculorꝫ musculi plus minusve repleti,atq; eo ipso lãguidi,oculos, alterum sursum,alterum deorsum torquent.quo fit vt oculorꝫ radii eodẽ pariter nõ tẽdant,sed in diuersa loca atq; corpora,atq; ita alteruter oculorũ priuato cernendi vtens officio,duplicẽ efficiat visum.Id esse verum vel ide apparet.q eñ digito alterum oculũ terũt,sensimq; sursũ trudunt,gemina videre coguntur. CXXIIII.

Cur qui natura strabones sunt,gemina non cernunt? Quia oculorꝫ peruersionem nõ illi qdem sursum deorsumve,sed dextrorsum,sinistrorsumq; habẽt,q cum eum positum sortiti sint,q i rectã lineã moueat,duos radios in idẽ corpus cõcurrẽtes habẽt.Qui & vnum colorem , qualitatẽq; ad oculos referunt,quã & ei suscipiant. CXXV.

Cur pubescẽtes pueri hirquiunt circa annũ quartũdecimũ? Quia tunc q̃ p humana corpora natura meat, plurimã ac repentinã ætatis mutationem efficit. Cuius rei fidem opatio facit. Videre est enim fœminarum qdẽ augeri mãmas ꝓpter lactis collectionẽ, tũ ea loca, q̃ circa coxã sunt, ĩtra q̃ permanere fœtus possit. Virorum vero pectus atq; humeros, q̃bus imposita grauia corpora sustineant. Testiculos ꝓterea intra quos & gigni, & ꝑmanere semẽ possit. Membrum quoq; genitale, vt exire semen facilius possit. Vniuersum ꝓterea dilatat corpus. Qd & morborũ mutationes indicãt & q̃ solutiões circa annũ quartũdecimũ fiunt, & vocis asperitas, quæ branchus, hoc est raucitas appellat: sumpta videlicet tralatione ex hircorũ voce in eũ modũ clamãtiũ. Nã cũ aspera arteria a principio dilatet, accidit, vt qua magis, qua minus dilatetur, sitq; intus eius corporis supficies velut inęqualis vsq; ad ipsum guttur. Spũs itaq; per partis illas exiẽs, ac veluti offendẽs ꝓpter viæ inęqualitatẽ: vocẽ quoq; inæqualẽ efficit & asperam, & quodãmodo raucam. Idẽ & iis accidit, quibus in asperã arteriam destillationes defluunt. Fit em̃ defluente humiditate, vt lęuis intrinsecus mẽbrana inæqualitate repleta, inæqualẽ spũs exitũ efficiat. Talẽ vero scito eẽ & hircorum asperã arteriã ac guttur, humiditatis videlicet abundantia. Itemq; eorũ q̃ plurimo olei potu vtant. Atqui illi qdem frequẽtibus, itẽrisq; clamoribus, atq; arteriæ asperitate: vocẽ quoq; inæqualẽ habere putãtur. Gruibus vero, atq; iis omnibus volucrib⁹ q̃bus aspera vox fit, arteriæ a natura totæ asperæ datæ sunt. Post vero pubertatis annum hirquire pueri desinũt, q̃a aspera arteria tota, planeq; dilatat, ac naturalem æqualitatem accipit. CXXVI.

Cur epotũ oleũ ciet vomitũ, maximeq; flauæ bilis? Quia cũ leue sit, qdq; ad supera ferat, nutrimẽta ad stomachũ ꝓuocat, eaq; eleuat atq; suspendit. Atq; ita ingrauatus stomach⁹ eiectiuam virtutem ad vomitũ citat, atq; in primis flauam bilem, q̃ppe & leuis, & subtiliũ sit partiũ, atq; ita facilius sursum ferat. Ferri vero oleum sursum re ipsa patet. Cum enim humido cuipiã admisceat, supiorem in locum excurrit. CXXVII.

Cur solũ oleũ minime humidis admisceat? Quia cũ lentũ sit, atq; in seipso cõstipatũ, secari in partes indiuiduas, atq; eo pacto reliquis humidis admisceri non põt, quãobrem neq; cum in humum funditur, cito eam subit. CXXVIII.

Cur oleũ qdẽ, atq; aqua frigore constringitur: vinũ vero, acetũ, & garus minime? Quia cũ oleũ qualitatis sit expers, cõfusioniq; idoneũ, cito friget, atq; ita vehementer, vt extrema quoq; frigiditate frigeat. Aqua vero sua sponte frigida, facile cũ semetipsa frigidior fit cõgelascit. Garus aũt vtpote subtiliũ partiũ, & calidus, haud cito friget. Eodẽq; modo & vinum. At acetum, vtpote subtilissimarum partium, congelationẽ non tolerat. CXXIX.

Cur contraria qualitatib⁹ idẽ efficiũt? a frigido em̃ pariter atq; a calido humidũ cõstringit. nix enim & ius frigiditate congelascunt. Cataplasmata vero & vessicæ calculi caliditate. Fit qdẽ id, sed diuersa actione. calidũ em̃ depascit, cõsumitq; humiditatis copiã. Frigidũ vero densitate nimia obturans, sordidã humiditatẽ exprimit, quẽadmodũ & spõgia manu pressa, quã intra meat⁹ aquam habet, abiicit. CXXX.

Cur sæpe horror cessauit cum quid formidolosũ incidit, vt fragor quẽ is audierit qui laborat, vt cum repentina aqua deiicit? Qm̃ sępenumero humoribus tempore digestis, atq; attenuatis, naturalis ois calor vehemẽter simul, ac repente a cute in corporis intima fugiens, morbificũ humorẽ consumẽs resoluit. Idẽ & Theriaca facit, eorũq; q̃ plurima, q̃ calida, siccaq; sunt specie, cum post concoctionem sumuntur. CXXXI.

Cur qui se circũagũt, neq; id agere tñ consuerunt, vt plurimũ decidere solent? Quia animalem spiritũ q̃ fit in cerebro, conturbari cogunt, cũq; humiditatibus vna conuolui. Is deinde cum minus idoneus ad animalem vim suscipiẽdã, sensitiuã videlicet, atq; motiuã efficiat, non finit actionẽ in musculos neruosq; permeare. Quo fit vt corporis pondus, vt qd neq; vehat, neq; sustentet ab aĩa, ferat ad terram, ad quã vergit, ꝓpterq; id ipm & tenebras vidẽt, qm̃ vidẽdi spũs conturbat⁹ sit, neq; pariter atq; sensus reliqui operetur. At his qui sensim circũagi consuerunt, raro id accidit. Facit em̃ consuetudo, ne quasi peregrinæ inter se sint anima atq; natura, sed tempore quodãmodo concilient. qd em̃ paulatim cõtinenterq; fit, sensũ latet, atq; vbi plurimũ euasit, iã nõ vt peregrinũ ĩ ea incidit, q̃ eũ suscipere consuerunt. CXXXII.

Cur vitrea specula valde splendent? Qm̃ albo plumbo ĩtrĩsec⁹ linunt, cui⁹ natura lucida ẽ, q̃ cũ vitro, qd & ipm splẽdidũ ẽ, admisceat, multo magis lucet, suosq; radios ꝑ vitri meat⁹ trãsmittẽs, duplicat qd ĩ superficie, atq; extra vitri corpus est, atq; ĩde magnope fit lucidum. CXXXIII.

Cur in speculis, inq; perspicuis aquis, nosipsos videmus? Quoniam qualitas aspectus ad splen-

ginum amore,quoq; minus quid auderēt,Scedasi probitate prohibebantur.Perrexerunt igitur in Pythonem:quo videlicet iter instituerant,consultoq; (vt res tulit) deo,domū regrediebantur,factoq; per Bœotiam itinere: in Scedasi rursus domum se recipiunt.Is forte fortuna peregre aberat, sed eius filiæ eos de more accipiunt,qui cum puellas incustoditas offendissent,vim in eas faciunt quas cum supra modum excepta contumelia sese miseras afflictantis viderent,ambas interficiunt iactisq; in puteum cadaueribus,abeunt.Reuersus Scedasus,puellas quidem nusq̃ videt:omnia vero quæ relicta a se forent,salua offendit,incertusq; diutius rerū omniū perstitit,donec admurmurante catella,& nunc ad se cursitante,nunc ad puteum frequentius redeunte,coniecit id qd̃ erat. atq; ita filiarum corpora extraxit.Cum vero ei vicini dicerent vidisse se,qui eius domū pridie eius diei ingrederentur:Lacedæmonios illos qui & superioribus diebus apud eum ipsum diuertissent, transactum ab iisdem facinus proculdubio intellexit.Nam & superioribus diebus sępe ipsas puellas laudabāt,quiq; eas desponsaturi essent beatissimos prædicabant.Lacedæmonem itaq; proficisci statuit,remq; omnem ad Ephoros deferre.Sed cum ad Argiuorum peruenisset agrum,noctu pręuentus in diuersorio resistit.Ibi & senem alium offendit Orei ciuem,qd̃ in Estiæatide agro oppidum est.Quem cum & gemētem,& Lacedæmonios diris agentem videret,interrogauit,Ecquonā is malo a Lacedęmoniis esset affectus.Narrauit ille subditum se esse Spartanorum ditioni,missum vero in Oreum,qui magistratu fungeretur Aristodemum,omni prorsus crudelitate atq; iniquitate vsum esse.Nam cum (inquit) filium meum amaret,neq; precando quicq̃ pollicitandoq; efficeret,ad vim conuersus,eum de palęstra rapere aggressus est.prohibēte vero id palęstrę magistro ac nonnullis adolescentibus opem ferentibus,statim quidem Aristodemus digressus est. Postridie autem instructa triremi,adolescentem rapit,atq; in vlterius littus trauectum violare nititur,fortiusq; reluctantem gladio iugulat.Tum in Oreum regressus cōuiuiū celebrat. Ego vero interim facinus indignū audio,natiq; corpus humi mando.Tum Spartam contendo,rēq; omnē ad Ephoros defero,cuius illi rationem prorsus nullam habuerunt.His Scedasus auditis,vehementer perturbatur.Nam & sui rationē nullā habitū iri existimabat,ita vicissim hospiti suā calamitatē narrat.Cohortatur ille ne ad Ephoros accedat:sed in Bœotiā redeat,liberisq; suis tumulū condat.Minime id tamen Scedaso persuadet.Pergit igitur Spartā ,atq; Ephoros conuenit. Neglectus ab his reges adit.Mox populares singulos ambiens,suā calamitatē cōqueritur.Quę cū omnia frustra cecidissent,tū vero Scedasus mediā per vrbē currere,manus ad solem tendere,tū ferire humū,furias inuocare,postq; hęc omnia sibi mortē consciuit.Haud multo igitur post:pœnas Lacedæmonii dederūt.Nā cū vniuersę Gręcię imperitarēt,omnisq; vrbes p̄sidiis firmassent,Thebanus Epaminondas quotquot suæ vrbis p̄sidiū tenerēt,ad vnū trucidauit.Insurgētibus vero in bellū Lacedæmoniis,occurrūt Thebani ad Leuctra,loci videlicet auspiciū captātes.Nā & antea eo ipso loco libertatem recuperarāt,quo videlicet tēpore Amphyction a Sthenelo in exiliū pulsus,in Thebanorū vrbem confugit,qui cū Chalcidēses vectigales fecisset,tributi immunes Thebanos reddidit, quippe qui Chalcodōtē Eubœensiū regē interfecerit.Fusi igitur cęsiq; ad vnū Lacedæmonii oēs ad ip̄m natarū Scedasi monumētū.Ferūt aūt priusq̃ in pugnā prodiretur,Pelopidę vni ex Thebani exercitus militibus,signis quibusdā,quę aduersa putarētur,exterrito Scedasum in somniis visum,qui bono esse animo iuberet. Venire em̄ in Leuctra Lacedæmonios suppliciū sibi,suisq; natabus,persoluturos.simulq; iuberet,ne ante in pugnā p̄dirēt,q̃ equi candidū pullū, q paratus afforet,ad virginū sepulchrū immolarēt.Pelopidam vero militātibus adhuc in Tegea Lacedæmoniis misisse in Leuctra dicunt,qui de eo sepulchro anquirerent,req; omni ab indigenis comperta,optima imbutum spe,eduxisse exercitum,atq; ita victoriam reportasse. Pelopidas

Phocus Bœotius qdē genere erat,vtpote ex Clisante.Vnicā hic filiā habuit forma,atq; modestia pręcellētē.Triginta illā Bœotiorū primarii adolescētes,vxorē sibi quisq; postulabāt. Phocus vero alias ex aliis nuptiarū moras nectebat,metuēs videlicet, nequa vis inferret.postremo rogantibus illis,Pythiū dixit eius se optionis cōsulturū.Id illi auditū ęgerrime tulerūt,Phocūq; ip̄m facto impetu interemerunt.In ipso aūt tumultu fugitās puella,per agros errabat,seq̃bātur vero adolescentes.Sed cū ea in agricolas incidisset,q triticū in area coaceruarent, salutē p eos cōsequuta est. Occuluerūt em̄ ipsam agricolę in tritico,atq; ita a persequētibus transmissa est.Quę cū euasisset,celebritate,quę Bœotiis oībus cōmunis foret,obseruata Coroneā p̄fecta,ad Itoniæ Mineruę arā supplex consedit:Ibi procorū iniquitatē narrās nomē simul cuiusq;,ac patriā edocebat. Miserabantur itaq; Bœotii puellā,atq; adolescētibus succēsebatur.Ei vero,cū hęc audissent, in Orchomenū confugiūt:a quibus repulsi ad Hippotas abierūt,qui vicus propę Heliconē inter Thebas, & Coroneā Phoci filia ἐκκλείστρος.

ſitus erat. Ab his igitur ſuſcepti ſunt. Poſt hæc mittunt Thebani qui Phoci interfectores ſibi dedi poſtulent. Qd vbi minime impetrant, bellũ eis Thebani vna cũ cæteris Bœotiis inferũt. Eius belli imperator Phædus fuit, qui tũ princeps Thebanorũ erat. Expugnato igitur vico munitiſſimo, qq intra ipſum erãt, ad extremã ſitim redactis, comphenſos Phoci interfectores cõburunt: indigenas vero ipſos in ſeruitutẽ abducũt: dirutiſq; mœnibus, ac domibus, agrũ Thebani inter ſe, Coroneiq; diuiſerũt. Fertur vero nocte ipſa, quę Hippotarũ captiuitatẽ p̃ceſſerit, vocẽ ſępius ex Helicone auditã, quę diceret, adſum. Procos aũt triginta vocẽ illã, vt quę Phoci eſſet, agnouiſſe. Qua vero die ad bellũ prodierũt: monumẽtũ ſenis, qd in Cliſante foret, Croco fluxiſſe traditur. Phædo aũt Thebanorũ Principi, atq; Imperatori a pugna redeũti nũciatũ, filiã ſibi natã, quã ille, accepto auſpicio, Nicoſtratam appellauerit.

Alcippi filię.

Alcippus genere quidẽ Lacedæmonius erat, ducta vero Damocrita vxore, binos ex ea fœminei ſexus liberos ſuſcepit. Is cũ & optime ciuitati cõſuleret, & ea ageret, quę eſſe e Rep. intelligeret, inuidiã in ſe eorũ cõcitauit, qui aduerſas ei partis in Rep. fouerẽt: a qbus falſis ſermonibus perſuaſi Ephori, velle Alcippũ leges diſſoluere, exilio virũ mulctarũt. Exiuit ille qdẽ Sparta: Damocrita vero vxor, quę ſe viro comitẽ, vna cũ filiabus p̃bere vellet, prohibita eſt. Quin & eius bona publicarũt, ne dos virginibus ſupeſſet. Sed cũ nõnulli puellas ſibi ob paternã virtutẽ vxores poſtularent: ſe natuſcõſulto ab inimicis prohibiti ſunt vxores illas accipere, quippe qui de ipſarũ matre votum dicerẽt auditũ, vt ſibi q̃ocyſſime liberi ex natabus orirẽtur, q patrẽ vindicarẽt. Cũ igitur vndecũq; Damocrita impugnaretur, cõmunẽ quãdã toti⁹ populi celebritatẽ obſeruauit, ad quã mos erat, vt vna cũ virginibus, domeſticiſq; omnibus, atq; infantibus mulieres cõuenirẽt. Quę vero ex nobilitate eſſent, ſeorſum ipſę a cęteris, ĩ magno quodã Androne pernoctabãt. Ibi illa gladio ſub veſte accincta, comites ſecũ filias educit, noctuq; in tẽplũ proficiſcitur. obſeruatoq; tẽpore, quo omnes myſterio interforent, cũ occluſę fores eſſent, magnã lignorũ vim ad eas conſtipauit. Quippe q̃ ad manũ, p̃ſtoq; forent, ad ſacrorũ vſum conuecta. Tum ignẽ immiſit. Accurrentibus autẽ auxilio viris, filias ipſa ſuas, tum ſeſe ipſam Damocrita gladio interfecit. Quapropter cum minime haberẽt in quos iram effunderent, extra fines Damocritæ, natarũq; corpora proiiciũt. Quamobrem irato deo, ingens ille traditur Lacedæmone terræmotus extitiſſe. FINIS.

Angeli Politiani prælectio in Priora Ariſtotelis Analytica. Titulus Lamia.

Lamia.

Abulari paulíſper lubet: ſed ex re (vt Flaccus ait). Nam fabellæ etiã quæ aniles putantur, non rudimentũ modo, ſed & inſtrumentũ quãdoq; philoſophiæ ſunt. Audiſtis ne vnq̃ Lamiæ nomẽ? Mihi quidẽ etiã puerulo auia narrabat, eſſe aliquas in ſolitudinibus Lamias, quę plorãtes glutirent pueros. Maxima tunc mihi formido Lamia erat, maximũ terriculũ. Vicinus quoq; adhuc Feſulano Ruſculo meo, lucens fonticulus eſt: ita em̃ nomẽ habet, ſecreta in vmbra delitescens, vbi ſedẽ eſſe nũc quoq; Lamiarũ narrãt mulierculę, quęcũq; aquatũ ventitant. Lamiã igitur hãc Plutarchus ille Cheroneus: neſcio doctior, an grauior, habere ait oculos exemptiles, hoc eſt, quos ſibi eximat, detrahatq; cum libuit: rurſuſq; cũ libuit, reſumat, atq; affigat, quẽadmodũ ſenes ocularia ſpecilla ſolent, quibus hebescenti per ętatẽ viſui opitulantur. Nã & cũ quid inſpectare auent, inſertant quaſi forfici naſum. Et cũ ſatis inſpectarũt, recondũt in theca. Quidã vero etiã dentibus vtuntur æque exemptilibus, quos nocte nõ aliter reponũt, q̃ togam, ſicuti vxorculæ quoq; veſtrę comam ſuã illã dependulã & cincinos. Sed em̃ Lamia hęc, quoties domo egreditur, oculos ſibi ſuos affigit. Vagaturq; per fora, per plateas, per quadriuia, per angiportus, per delubra, per thermas, per ganeas, per conciliabula omnia, circũſpectatq; ſingula, ſcrutatur, indagat, nihil tã bene obtexeris, vt eã lateat. Miluinos eſſe credas oculos ei, aut etiã emiſſitios, ſicuti Plautinæ aniculę, nulla eos p̃terit q̃libet indiuidua minuties, nulla eos euadit q̃libet remotiſſima latebra. Domum vero vt reuenit, in ipſo ſtatim limine demit illos ſibi oculos, abiicitq; in loculos. Ita ſemper domi cęca, ſemper foris oculata. Quęras forſitan, domi quid agitet. Seſſitat lanã faciens, atq; interim cãtillat. Vidiſtis ne obſecro vnq̃ Lamias iſtas viri Florentini, quæ ſe & ſua neſciunt, alios & aliena ſpeculantur? Negatis? Atqui tamẽ ſunt in vrbibus frequentes, etiamq; in veſtra: verum perſonatę incedunt, homines credas, Lamiæ ſunt,

Exẽptiles oculi.

Dentes.